45. *securiger*, fol. lineari-ensiformibus planis, cor. labio superiore trilaminato: laminis unguiformibus perpendicularibus, bract. obtusis. Ait. Kew. 1. p. 65. Ixia *gladiolaris*. Lam. enc. 3. p. 341. An potius Ixia? Cor. pallide fulva. Lacin. oblongo-ovatae, passim subemarginatae. Ait.

β? *flavus*, fol. lanceolato-ensiformibus planis, cor. labio superiore trilaminato laminis unguiformibus perpendicularibus, bracteis acuminatis. Ait. p. 65. Willd. 1. p. 218. Antecedenti affinis.

46. *spathaceus*, fol. ensiformib. plicatis hirsutis, spathis membranaceis aristatis glabris. Thunb. diss. n°. 25. Lin. suppl. p. 96. Flor. albidi, tubo cor. spathis multo longiore. Gl. plicato et tubifloro similis. Th.

47. *longiflorus*, cor. tubo gracili substricto, lacin. obtusis, fol. ensiformi-linearibus, scapo ramoso. Thunb. diss. n°. 22. Jacq. coll. suppl. 23. ic. rar. 2. t. 262. et β. t. 263. Ixia Ait. Willd. 1. p. 203. Cor. albido-incarnata, striis purpurasc. in fauce fascia flava, lacin. sublineares, quasi truncatae.

**** *Cor. tubo gracili subfiliformi, lacin. patulis subregularibus.* (Flor. parvuli, Ixias referentes. PEYROUSIA. Pourret in Act. Tolos. 3. p. 15.)

48. *anceps*, cor. tubo filiformi, scapo ancipiti flexuoso, fol. ensiformibus, margine crispis glabris. Willd. p. 216 Jacq. ic. rar. t. 269. Thunb. diss. n°. 17. t. 2. f. 3.* Lam. enc. 2. p. 728.

49. *fissifolius*, cor. tubo filiformi, scapo ancipiti, fol. ovatis amplexicaulib., margine undulatis, subtus hirtis. Willd. Gl. tubo filiformi longissimo, florib. sessilib. axillaribus, fol. hirtulis, in superiore margine fissis, superiorib. quidem ad oppositum marginem usque, inferiorib. autem ad apicem indivisis. Jacq. ic. rar. 2. t. 208. Collect. 4. p. 164.

50. *silenoides*, cor. tubo filiformi, scapo compressiusculo, fol. lineari-ensiformibus planis striatis glabris. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 270. Collect. 4. 168. Pet. rubra, 3 infer. basi macul. flava.

51. *junceus*, polystachyus, flor. secundis, fol. lanceolatis. Thunb. diss. n°. 18. Gl. fol. lato-lanceolatis, culmo ramoso, floribus secundis, stylo sexpartito. Lin. suppl. 44. Flor. caerulesc.

β? *marmoratus*, fol. ensiformib. nervosis glabris maculosis, flor distichis, stylo sexpartito. Lam. enc. 2. p. 727. Fl. violacei.

***** *Spica disticha, spathis imbricatis, flores parvi sessiles. Stigmata ?* (Micranthus.)

52. *alopecuroideus*, cor. erectis, spica simplici imbricata, disticha, fol. linearibus. *Ixia* alopecuroidea. L suppl. p. 92. Glad. spicatus. Thunb. Ix. spicata. Willd. sp. 1. p. 200. Spica. ovata. Hab. in Cap. bon. Sp. summis montibus.

53. *plantagineus*, spica imbricata disticha subramosa, fol. ensiformib. nervosis. Willd. l. c. Glad. alopecuroides. L. Phalangium spicatum. Houyttuyn syst. Lin. t. 80. f. d. Ixia plantaginea. Ait. 1. p. 59. Hab. in C. b. Sp. collibus, viis. Var. scapo simplici et ramoso, flor. albis et caeruleis. Thunb.

54. *rossicus*, flor. imbricatis secundis, fol. ensiformib. Gl. imbricatus. Lin. Willd. 212. β? *parviflorus*. Jacq. obs. bot. 4. p. 2. t. 78. Georgi iter 1. p. 196. Habitat in Rossia.

****** AGLAEA. Cor. *subcampanulato-bilabiata sessilis, s. tubo vix ullo.* Caps. *triloba, retusa.* Sem. *subrotunda, mucronata.* Spatha *duplex, 2-valvis sub corolla, 2-3-valvis ad basim pedunculi.*

55. *gramineus*, cor tubo brevissimo, laciniis lanceolatis, subaequalib. aristatis, scapo paniculato. Jacq. ic. rar. t. 236. Coll. 2. p. 203. Willd. 1. p. 221. Andrew. t. 62. Phalangium. Burm. prodr. n°. 3. Asphodelus Mill. Flor. pedunculati, gemini.

Obs Eadem ratione ac Moraeae, quo accedit forma capsulae, a Gladiolis separari posset.

102. IXIA. *Spatha* 2-3-valvis ovata, brevis. *Cor.* tubulosa: tubo subgracili cum genitalibus recto, *Laciniae* hypocrateriformes, subellipticæ, planæ. *Stigm.* subfiliformia. (Filam. stylum includentia, in nonnullis connata.)

* ROMULEA. Cor. *campanulata sessilis, fol. linearia.*

1. *minuta*, scapis unifloris longitudine foliorum, fol. lineari-setaceis. Willd. sp 1. p. 196. Thunb. diss. n°. 2. t. 1. f. 1. Ad Cap. b. Spei (uti fere omnes species), locis arenosis, inundatis. Cor. albida, striis purpur.

2. *rosea*, scapo unifloro breviss. aphyllo. Syst. veg. 75. Mill. ic. 160. t. 240. Ait. Kew. 1. p. 56.

3. *chloroleuca*, scapo unifloro, fol. linearibus margine revolutis longissimis. Willd. l. c. Jacq. ic. rar. 2. 272. Collect. 4. p. 180. ♃

4. *Bulbocodium* (*europaea*), scapo 1-floro, fol. linearib. canaliculatis, cor. subcampanulata sessili. L. Jacq. ic. rar. 2. t. 271. Coll. 3. p. 265. Willd. sp. 1. p. 196. *Crocus* spatha diphylla flori approximata. Lin. sp. pl. ed. 1. p. 36. Romulea Mill. ic. t. 240. Bulbocodium crocifolium. Tournef. cor. p. 50. Hab. in Europa australi, Gallia, Italia, et in Barbaria. Stigm. 6. Var. quoad magnitudinem, cor. caeruleam aut dilute purpuream, in fundo tantum aut ad medium usque croceam. Conf. Schousboe Ma-

roc. 1. p. 25. Ob cor. profunde partitam sessilem forte melius una cum Ixiis. n. 2, 3 et 5 ad Moraeas amandanda, aut omnes Moreae cum Ixiis conjungendae essent, quod omnino ulterius requirit examen.

β. *capensis*, flor. subnutante, scapo folioso. Andrew. t. 170. An species diversa ab Europaea?

5. *cruciata*, scapo unifloro, fol. linearib. basi attenuatis quadricarinatis. Willd. l. c. p. 197. Jacq. ic. 2. t. 200. Collect. suppl. p. 16. Hab. in Cap. b. Spei.

6. *fragrans*, scapo simplici subbifloro, fol. linearibus. Willd. Jacq. ic. 2. t. 274 Collect. suppl. p. 9. Cor. inmaculata, lutea. Caps. subrotundo-ovata.

7. *humilis*, scapo ramoso, floribus secundis, fol. falcatis erectis. Thunb. diss. n°. 4. In Cap. b. Spei.

** *Scapo hirsuto, foliis longiore.*

8. *pilosa*, fol. linearibus pilosis, florib. alternis. Lin. suppl. 92.

9. *hirta*, fol. ensiformibus hirtis, florib. secundis. Thunb. diss. n°. 6 Ixia secunda. Jacq. ic. rar. 2. t. 277. Collect. 4. p. 180. In arenosis humidis Cap. b. Spei.

10. *secunda*, fol. elliptico-ensiformibus, scapo villoso-scabro. Thunb. diss. n°. 7. Caule ramoso erecto, floribus secundis, stigmatibus latis membranaceis. De la Roche diss. 17. Houttuyn. 11. t. 78. f. 1. I. *scillaris*. L. Sp. pl. t. 52? Flor. sessiles, parvi, caerulei: tubo brevi, spathae foliola longa. Lam. enc. 3 p. 336.

*** *Scapo glabro foliis longiore, foliis crispis.*

11. *crispa*, fol. linearibus crispis, flor. spicatis alternis. Thunb. diss. n°. 8. t. 2. f. 3. Lin. suppl. 91. Ad Cap. bonae Spei. Spatha hyalina. Tub. filiformis. Limb. lacin. obovatis oblongis.

12. *cinnamomea*, fol. lanceolat. crispis, flor. alternis. Thunb. diss. n°. 2. t. 2. f. 1. Linn. suppl. 92. In collib. Leuwestaart Cap. b. Spei. Flos cinnamomi odore, praesertim vespere. Th.

13. *corymbosa*, fol. lanceolatis crispis, scapo ancipiti. Thunb. diss. n°. 10. Jacq. ic. rar. 2. t. 288. Collect. 4. p. 179. Pluk. alm. 87. t. 275. f. 1. In sabulosis et ipsis viis Swartlandiae ad Cap. b. Spei. Flor. caerul. parvi. Planta palmaris.

14. *fastigiata*, fol. ensiformib. lingulatis nervosis crispis, caule flexuoso ancipiti, flor. glomerato-fastigiatis. Lam. enc. 3. p. 337. Ad C. b. Spei. Bulb. reticulatus. Cor. ex flavo purpurascens. L.

15. *heterophylla*. fol. radicalib. lineari-ensiformibus striatis planis, floralib. linearibus obtusis undulatis floribus aggregatis longioribus. Willd. l. c. p. 199. Galaxia plicata foliis plicatis Jacq. ic. rar. t. 291. Collect. suppl. 10. Habitat in Cap. b. Spei. Ab omnibus foliis et inflorescentia distincta. Spatha univalvis. Cor. lactea: tub. longus, laciniis basi puncto nigro. Stamina libera Willd.

**** *Scapo glabro foliis longiore, foliis planis.*

16. *anemonaeflora*, scapo unifloro, fol. lineari-ensiformibus, superne obliquis, longitudine scapi erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 283. Collect. suppl. 10. Ad Cap. b. Spei. Cor. limbus magnus planus. Fol. glauca. W.

17. *coelestina*, scapo unifloro, foliis lineari-subulatis, scapo multo brevioribus. W. Sp. pl. 200. Bartram. itin. Habitat in Carolina.

18. *linearis*, fol. linearib. angustissimis convexis, scapo simplici erecto. W. Thunb. diss. n°. 11. In Cap. b. Spei.

19. *pusilla*, fol. sublinearibus costatis crassis, scapo bifloro. Andrew. t. 245. Floret Aprili. Stigmata crassiuscula. Fl. caerulei.

20. *filiformis*, fol. ensiformibus acuminatis, scapo filiformi, spica nutante, tubo petalis breviore. Ventenat. descr. pl. p. 48. t. 48. Hab. ad C. b. Spei. Floret Majo. Tub. subincurvus.

21. *speciosa*, fol. linearibus costatis gramineis, scapo filiformi bifloro, cor. subcampanulatis. Andrew. t. 186. Fl. coccinei, tub. brevis, spath. 3-valvis.

22. *incarnata*, scapo simplici erecto, fol. ensiformibus ad oras revolutis, florib. secundis spicatis. Jacq. ic. 2. t. 281. Collect. suppl. 13.

23. *patens*, fol. ensiformibus glabris, racemo terminali, cor. campanulatis patulis, laciniis alternis angustioribus. Ait. Kewens. 1. p. 59.

24. *capillaris*, fol. linearibus, scapo polystachyo, spathis scariosis Thunb. diss. n°. 12. t. 2. f. 2 Lin. suppl. 92. Hab. in arenosis humidis Cap. bonae Spei.

25. *flexuosa*, foliis linearibus, racemo flexuoso multifloro. Ait. Kew. 1. p. 58. Mill. ic. 156. f. 2.

26. *angusta*, fol. linearibus acutis,

scapo flexuoso simplici, limbo subreflexo. Willd. sp. p. 202, Bulbo conico. Jacq. ic. rar. 2. t. 279. Collect. 4. p 183.

27. *radiata*, fol. linearibus obtusis, scapo flexuoso geniculato simplici, limbo corollae patenti. Willd. p. 202. Bulbi conici basi plana excurrente iu orbiculum dentato-radiatum. Jacq. ic. rar. 2. t. 280. Collect. suppl. 15. β Ixia *fistulosa*. Andrew t. 59. Stigm. longissima incurva. Flor. pedicell.

28. *scillaris*, fol. linearibus, floribus secundis, rachide flexuosa. Houttuyn 11. t. 77. f. 2. afr. Lam. enc. p. 338.

29. *leucantha*, scapo polystachio erecto, foliis lineari-ensiformibus obliquis erectis striatulis, flor. secundis nutantibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 278. Collect. suppl. 11. In Cap. bonae Spei.

30. *polystachya*, fol. linearibus, scapo spicis pluribus. Sp. pl. 51. β. *incarnata*, flor. incarnatis; antheris conniventib. Andrew t. 128. j. Cor. majore striata rubra, spath. valvula bifida? Jacq. coll. suppl. t. 2. Petala albo. Inter stylum tripartitum stamina eriguntur, quasi styli exteriores essent.

31. *maculata*, fol. ensiformibus, scapo polystachyo, flor. alternis, cor. versicolorib. basi maculatis. Thunb. diss. n°. 19. Willd. p. 215. Fol. Gladioli glabris, flor. corymbosis terminalibus. Mill. ic. 156. f. 1. I. *maculata*, fol. ensiformib. glabris, scapo duplo brevioribus, flor. alternis subspicatis, petalis basi obscuris ovatis concavis, stigm. bifidis. Andrew. t. 156. Spath. 3-valvis. Quoad colorem floris valde variat.

32. *capitata*, fol. lineari-ensiformibus, flor. majusculis subcapitatis, spatha polyphylla. Audrew t. 129, qui adhuc plures, forte distinctas, delineavit varietates; vid. tab. 23, 50, 129 et 232 ejus operis.

33. *viridiflora*, fol. linearibus striatis, spica simplici longissima. Lam. ill. 1. p. 112. I. *spicata*. Andrew. t. 29. Ad Cap. b. Spei. Spica pedalis. Flor. virescunt, fundo nigricant.

34. *lancea*, fol. ensiformibus, flor. secundis, scapo simplici flexuoso. Thunb. diss. n°. 21. Jacq. ic. 2. t. 281. Collect. suppl. 13.

35. *pentandra*, fol. ensiformibus, flor pentandris. Thunb. prod. 10. Staminibus curvis. Lin. suppl. 92. Hab. prope Groene Kloof in collibus. †

36. *aulica*, flor. racemosis, bracteis integris, fol. ensiformib. planis nervosis laevibus. Aiton. Kew. 1. p. 57.

37. *falcata*, scapo subpolystach. flexuoso, fol. ensiformib. striatis scapo brevioribus, rachi erecta Jacq. ic. 2. t. 276. Collect. 4. p. 183. Lin. suppl p. 92. In collibus Cap. b. Spei.

38. *excisa*, fol. ovatis, flor. secundis, scapo flexuoso. Thunb. diss. n°. 24. t. 1. f. 4. Lin. suppl. 92. Ad Cap. b. Spei. Cor. limbus violaceus. Var. glumis lanceolatis, floribus uno s. duobus. Th.

*** Eurydice, *filamentis connatis*.

39. *columnaris*, flor. subcapitatis, filam. ultra medium tantum connatis. Andrew. t. 203. Cum sequentib. ad Cap. b. Spei.

α. *angustifolia*, fol. linearibus, flor. unicolorib. rubris, spatha trifida? Andrew fig. cit. et *versicolor*, petalis luteis basi nigrescentibus, spatha pluries incisa. Andr. t. 211.

β. *latifolia*, fol. lato-lanceolatis falcatis. Andr. t. 213. Flor. caerulescentes.

40. *grandiflora*, fol. linearibus longissimis, filam. totis connatis. Andrew. t. 250. Flor. violacei.

**** Belemcanda. Cor. *tubo subbrevi, apice dilatato, limbo inciso subcampanulato.* Laciniae *ovatae*. Stam. *in nonnullis subincurva, in tubi medio.*

41. *chinensis*, cor. subhexapetala, caule flexuoso. Morea *chinensis*. Thunb. Willd. Sp. 1. p. 245. Rheed. hort. 11. t. 37. Sponte in Indiae arenosis crescit.

42. *deusta*, fol. lanceolatis nervosis, flor. alternis sessilibus, petalis obtusis: exterioribus basi nigro-maculatis. Ait. p. 60. Andrew. f. 134. Cor. crocea. Fl. majo.

43. *squalida*, fol. lineari-lanceolatis, flor. alternis sessilibus, tubo bracteis longiore, pet. ovato-oblongis. Ait. 61. Cor. pallide lutea: venis obscuriorib.

44. *caerulescens*, fol. oblongo-lanceolat. villosis, spathis tubo aequalibus, cor. campanulata. Jacq. ic. rar. 2. t. 204. Willd. p. 198. (I. *villosa*.) Coll. 3. p. 267.

45. *cyanea*, fol. oblongo-lanceolatis villosis, spathis tubo brevioribus, limbo patentissimo. Jacq. ic. rar. t. 285. Coll. 3. p. 268. I. rubro-cyanea. Willd. sp. 1. p. 198.

46. *punicea*, fol. oblongis villosis, scapo ramoso, flor. secundis: petalis mucronatis. Willd. Jacq. ic. t. 287. Coll. suppl. p. 12.

47. *purpurea*, fol. ensiformibus subvillosis, vaginis glabris, scapo ramoso, limbo patentissimo. Jacq. t. 286. Coll. 3. p. 268.

Obs.

Obs. In 4 hisce speciebus spatha 3-valvis est et folia plicata disticha.

48. *aristata*, fol. ensiformibus falcatis glabris, scapo subbifloro, spathis laceris. Thunb. diss. n°. 15. Andrew. t. 87. β. *uniflora*. Lin. mant. p. 27. Jacq. ic. t. 283. Cor. purpurea, magna.

49. *fimbriata*, fol. ensiformibus, caule angulato flexuoso, spathis fimbriato-laceris. Lam. enc. 3. p. 339. Mill. ic. t. 237. f. 1. et 2. Bel. *semi-flexuosa*. Mönch. meth. pl. suppl. p. 214. Cor. flava.

50. *bulbifera*, fol. lineari-lanceolatis subfalcatis, spathis membranaceis setaceo-laceris. Thunb. Andr. t. 48? Mill. t. 236. f. 2. Axillis bulbiferis, stam. lateralibus. Lin. am. acad. 4. p. 300. Cor. sulphurea. Spatha in Andrewii fig. tota integra picta.

103. MORAEA. *Cor.* hexapetala patentissima tubo subnullo. *Stigm.* 3-6, filiformia. *Caps.* oblonga. (*Flor.* marcescendo in spiram sæpius convoluti. *Filam.* in nonnullis connata et petala alterna minora.)

1. *lugens*, scapo ancipiti, petal. discoloribus alternis majorib. Linn. suppl. p. 99. M. *melaleuca*. Thunb. diss. n°. 1. t. 1. f. 3. Ejusd. diss. acad. 2. p. 277. Willd. sp. 1. p. 240. Hab. (cum caeteris speciebus) ad Cap. b. spei, inter frutices. Pet. exteriora majora alba, interiora nigra.

2. *polyanthos*, scapo tereti, fol. flexuoso-erectis, petal. alternis minoribus. Thunb. n°. 14. Lin. suppl. p. 99. Stigm. 6. Cor. caerulea, subregularis. Flor. in ultimis ramulis capillaribus. Th.

3. *collina*, scapo tereti, fol. dependente, lacin. cor. subaequalib. Thunb. n°. 13. Jacq. ic. rar. 2. t. 226. Sisyrinchium. Cav. diss. bot. 6. p. 346. In collib. Cap. b. spei frequens. Cor. rubicunda.

4. *virgata*, fol. linearib. longissimis, scapo ramosissimo virgato, flor. solitariis. Jacq. coll. 3. p. 194. Ic. rar. 2. t. 228. Ixia Willd. 1. p. 202 Stigm. lacin. 6, involutae. Germen lineare.

5. *longifolia*, scapo tereti articulato flexuoso, fol. revolutis laxis. Thunb. diss. n°. 12. Lin. suppl. (M. *flexuosa*.) Ixia longifolia. Jacq. hort. 3. p. 47. t. 90. Cor. lutea, tubo satis longo. Stigm. 6.

6. *elegans*, scapo tereti, fol. unico lineari-ensiformi procumbente, petal. eglandulosis. Jacq. hort. Schoenbr. 1. p. 6. t. 12. Sisyrinchium. Willd. sp. 3. p. 577. Flos unicus, terminalis, magnus, flavus; in medio petal. exteriorum macula magna viridis.

7. *grandiflora*, scapo tereti simplici, petal. obovatis, fol. lanceolatis plicatis. Willd. sp. 3. p. 578. Cavan. diss. 6. p. 346. t. 192 f. 2. sub Sisyrinchio. Spatha 3-flora. Cor. lutea. Petala obtusissima. W.

8. *umbellata*, scapo tereti striato, spic. umbellato-paniculatis, involucr. diphyllis longissimis. Thunb. diss. n°. 16. Flor caerulei, in apicib. solitarii.

9. *crispa*, scapo tereti articulato, fol. convoluto crispo reflexo. Thunb. l. c. Flor. pauci, pedunculati, caerulei.

10. *pusilla*, scapo ancipiti, fol. distichis, flore subsolitario. Thunb. diss. n°. 4. Thunb. prod. 11. Fol. radicalia lineari-lanceolata subfalcata. Cor. caerulea, lacin. alternae angustiores.

11. *gladiata*, scapo foliisque compressis, spica laterali solitaria, involucro duplo breviore. Thunb. diss. n°. 8. Thunb. prod. 11. Ixia gladiata, stylis tribus. Lin. suppl. 93. Cor. flava, patens. Bractea ensiformis, corolla lutea extus rubra.

12. *aphylla*, scapo nudo foliisque compressis, spica laterali solitaria, involucro multoties breviore. Thunb. diss. n°. 9, t. 2. f. 1. Lin. suppl. 99. Cor. flava. Flores, ut in Junco, laterales.

13. *filiformis*, scapo foliisque compressis subfiliformibus, flore solitario terminali. Thunb. diss. n°. 10. tab. 1. f. 2. Lin. suppl. 100. In Cap. b. spei. Flores cum spathis referunt fl. Dianthi. Cor. lutea. Th.

104. SISYRINCHIUM. *Cor.* hexapetala. *Stam.* utplurimum connata. *Germen* subrotundo-triquetrum, pedicellatum, extra spatham. (Petala in nonnullis aristata.)

1. *capitatum*, scapo ancipite, fol. ensiformibus plicatis, flor. capitatis, filam. liberis. Moraea palmifolia. Thunb. n°. 16. M. *plicata*. Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 82. Willd. sp. pl. L. 1. p. 243. Plum. amer. p. 35. t. 45. f. 2. Ixia americana. Aubl. Guian. p. 33. Hab. in Jamaicae pascuis montosis. Pet. alba, basi germini contigua. Sw.

2. *racemosum*, scapo teretiusculo nudo, flor. racemosis secundis, fol. ensiformib. plicatis. Jacq. coll. 3. p. 192. Ic. pl. rar. 2. t. 227. (Moraea *palmifolia*) Sisyrinch. palmifolium. Willd. sp. 3. p. 579. Cav.

diss 6. p. 348. t. 191. f. 1. Linn. Mant. 122. Ency. syn. Hab. in Brasilia. Flor. parvi albi.

3. *spathaceum*, scapo foliisque teretibus filiformibus, spicis lateralibus aggregatis. Thunb. diss. n°. 11. Ej. diss. acad. 2. p. 286. In coll. C. b. spei frequens. Pet. lutea, vix basi connata, filam. libera. Hujus loci *Bobartia indica*. L. cfr. Willd. sp. pl. 1. p. 242.

4. *striatum*, scapo ancipiti ramoso alato, fol. ensiformibus sulcatis scapo brevioribus, flor. terminalibus subumbellatis. S. *striatum* Smith, spicatum Cavan? et reticulatum Quor. Hab. in Mexico. Flor. subventricosi, flavescentes, subtus fusco-lineati. Caul. 2-pedalis. Bract. 1-phylla.

5. *mucronatum*, fol. scapisque simplicibus subsetaceis, spatha colorata: valva altera in mucronem longum desinente. Mich. Flor. 2. p. 33. Hab. in Pensylvania. Fol. ima parte glumisque amethysteis.

6. *Bermudianum*, fol. ensiformibus, caule ancipiti ramoso, spathis muticis, flore brevioribus. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 346. t. 192. f. 1. Dill. Elth. t. 41. f. 48. Hab. in Bermudis.

7. *anceps*, scapo simplici alato, spathis inaequalibus, flores superantib. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 345. t. 190. f. 2. Willd. sp. 3. p. 579. S. *gramineum*. Curtis bot. mag. t. 464. In Virginia et Canada. Petala caerulea, apice in medio, uti prioris, aristata.

8. *micranthemum*, radice fibrosa, caule ancipiti, fol. canaliculatis, petalis linearibus. Cav. diss. 6. p. 345. t. 191. f. 2. In regno peruviano.

9? *ixioides*, fol. ensiformib. distichis, panicula trichotoma, petalis exterioribus brevioribus. Forst. prodr. Moraea. Thunb. n°. 7. Ferraria. Willd. 3. p. 582. In Nova Zeelandia. Pedunc. capillares, spathis longiores.

105. TIGRIDIA. Spatha bivalvis. *Cor.* campanulata, 6-petala: petala 3 interiora minora hastata (margine nectarifera). *Filam.* connata. *Stigm.* 3, bifida. *Caps.* oblonga, angulata.

1. *Pavonia*. Moraea Th. Ferraria L. Andrew. t. 178. Tigridia Juss. gen. Redouté Liliac. Hab. in Mexico. Cor. rubra fundo et petala, praesertim minora, guttato-variegata. Intra 6 horarum spatium corolla speciosa evanescit. Fl. aestate.

106. FERRARIA. *Spatha* 1-phylla. *Cor.* 6-petala: petal. inaequalibus undulato-crispis. *Filam.* connata. *Stigm.* laciniae penicillatae.

1. *minor*, caule simplici, flor. inodoris. Moraea Ferrariola Jacq. coll. 4. p. 141. Ferraria Ferrariola. Willd. sp. 3. p. 581. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. ungues virescunt, intus striis atropurpureis. Pet. angustiora immaculata; latiora flavovirent., striis punctisque violaceis. Jacq.

2. *punctata* (*undulata* L.), caule ramoso, fol. punctatis. Moraea undulata. Thunb. n°. 21. Diss. acad. p. 298. Ferrarii de Cult. flor. p. 168. t. 171. Iris stellata Barr. ic. Prope Leuwestaart C. b. spei. Col. subtus flavo-nigrescit, fasciis purpureis supra purpureo-fuscus, margine subolivaceus. Odor *Stapeliae* cadaverosus muscas alliciens. Th.

107. IRIS. *Cor.* 6-petala: laciniis alternis reflexis. *Stylus* o. *Stigm.* petaliformia. Stamina incumbentia.

* *Barbatae, foliis ensiformibus.*

1. *ciliata*, barbata, fol. ensiformibus ciliatis. Thunb. diss. de Iride, n°. 1; et ejusd. diss. acad. 2. p. 101. Willd. sp. pl. p. 224. In collibus Cap. b. spei.

2. *minuta*, barbata, foliis ensiformib. glabris, scapo unifloro, petalis oblongis acutis. Thunb. diss. n°. 2. Lin. suppl. 98. Hab. in monte Leuwestart ad Cap. b. spei. Flor. lutei, scap. vaginatus.

3. *pumila*, barbata, scapo unifloro, fol. ensiformibus glabris breviore, tubo exserto, petalis oblongis obtusis. Willd. l. c. Jacq. aust. t. 1. Lam. encycl. 3. p. 285. Hoffm. germ. ed. 2. p. 13. Hab. in Germaniae, Austriae, Galliae, Pannoniae collibus, muris. Flor. versicolores, plerumque purpureo-caerulei. Scap. fol. vaginantib. cinctus.

4. *lutescens*, barbata, scapo subunifloro, fol. ensiformibus glabris longiore, tubo spathis incluso, petalis oblongis obtusis. Willd. sp. p. 225. Lam. encycl. Hab. in Germaniae, Galliae montosis. Pumila. Cor. albido flavescens. laciniis exterioribus basi violaceo-reticulatis undulat. emarginatis. W.

5. *cristata*, barbata, barba cristata, scapo subunifloro longitudine foliorum, germinib. trigonis, petalis subaequalib. Willd. sp. p. 225. Aiton. Kewens. 1. p. 70. Hab. in America boreali, in montib. umbrosis Carolinae. Radix repens. Caulis vix digitalis

1–2-florus. Cor. laciniae fascia subtrifariam undulato-crenata. Michaux. p. 22.

6. *susiana*, barbata, fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petalis rotundatis. Thunb. diss. n°. 4. Decand. et Redouté Liliac. t. 18. I. *susiana* flore maximo ex albo nigricante. Bauh. pin. 31. Hab. in Oriente.

7. *florentina*, barbata, fol. ensiformib. glabris, scapo subbifloro brevioribus, floribus sessilibus. Lam. ill. p. 121. Morison sect. 4. t. 5. f. 5. Hort. eyst. vern. 8. p. 4. f. 3. Cor. alba, lacin. latae, infer. venis pallide luteis pictae. Stigm. crenulata. Rad. odorata. Desf. Hab. in Europa austral. et in Barbaria.

* *alba*, barbata, caule multifloro fol. altiore, spathis basi foliaceis, apice margineque scariosis, cor. tubo germine longiore. Savi. Flor. Pisana. 1. p. 32. Lob. ic. 59. Hab. prope Pisam.

8. *flavissima*, barbata, fol. ensiformib. glabris, brevioribus scapo bifloro, germine obtuse trigono. W. Jacq. icon. rar. 3. t. 220. Collect. 4. p. 98. Gmel. sib. 1. p. 31. t. 5. f. 2. Hab. in Sibiriae locis subhumidis. Scap. basi tantum vaginatus.

9. *arenaria*, barbata, scapo bifloro toto vaginato fol. ensiformibus breviore, flor. superiore abortiente. Walldst. et Kitaib. Pl. rar. Hong. p. 57. t. 57. Pumila flava, scapus vix pollice longior. Pet. basi venis subviolacea.

10. *biflora*, barbata, fol. ensiformibus breviorib. scapo subtrifloro, germine tereti. Thunb. diss. n°. 6. Besl. eyst. vern. 114. Hab. in Lusitaniae rupibus et ad lacum Baikal Sibiriae. Cor. violacea non emarginata. Floret quotannis bis.

11. *aphylla*, barbata, fol. ensiformib. glabris aequantibus scapo multifloro subnudo. Thunb. diss. n°. 7. I. *nudicaulis*, corollis barbatis, scapis subternis nudis submultifloris vix longitudine foliorum, spathis ventricosis viridibus. Lam. encyc. 3. p. 284. Habitat?

12. *variegata*, barbata, fol. ensiformib glabris, aequantibus, scapo multifloro. Th. diss. n°. 8. Curt mag. t. 16. Habitat in Hungaria. Cor. alba, apice purpurea, venis atro-purpureis, lacin. erectae flavae acutae; stigmata flava. Willd.

13. *squalens*, barbata, fol. ensiformib. glabris erectis brevioribus scapo multifloro, lacin. cor. deflexis replicatis, erectis emarginatis. Thunb. diss. n°. 11. I. *variegata*. Jacq. aust. 1. p. 7. t. 5. In Europa australi. Cor. lacin. erectae emarginatae luteae, stigmata sordide lutea. W.

14. *plicata*, barbata, caule multifloro foliis altiore, petalis undulato-plicatis erectis latioribus. Lam. ill. p. 121. Colitur in hortis. Pet. albo et violaceo variegata, basi venis obscure purpur. Odor flor. gratus.

15. *Swertii*, barbata, caule trifloro fol. altiore, petalis undulatis replicatis subemarginatis. Lam. l. c. et encycl. 3. p. 296. Swert. floril. t. 41. f. 1. In hort. colitur. Pet. albida, stigm. dilute purpur.

16. *japonica*, barbata, fol. ensiformib. falcatis glabris, brevioribus scapo compresso multifloro. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 327. Hab. in Japonia. Flores axillares. Corolla alba. Thunb.

17. *sambucina*, barbata, fol. ensiformibus glabris erectis, brevioribus scapo multifloro, lacin. corollae deflexis planis. Thunb. diss. n. 10. Jacq. 1. p. 1. t. 2. J. latifolia germanica sambuci odore. Bauh. pin. 31. Hab. in Europa australi. Simillima I. germanicae, sed deflexa petala saturatius violacea. Stigmata serrata.

18. *lurida*, barbata, fol. ensiformib. glabris erectis, brevioribus scapo multifloro, lacin. corollae exterioribus revolutis. Willd. l. c. p. 229. Ait. Kew. 1. p. 68. Hab. cum priore. Petala exteriora reflexa atropurpurea, petala interiora, lamina purpurascente; ungue squalide lutescente. Forte varietas Ireos sambucinae, sed inodora. Ait.

19. *fimbriata*, fol. ensiformib. glabris brevioribus scapo multifloro, cor. patulis, stigm. fimbriato. Ventenat. descr. p. 9. t. 9. Hab. in China. Moraeis subaffinis. Corolla dilute caerulescens; petal. margine denticulata.

20. *germanica*, barbata, fol. ensiformib. glabris falcatis, brevioribus scapo multifloro, tubo germine longiore. Thunb. diss. n°. 9. Blackw. t. 69. Hoth. germ. I. p. 17. II. p. 41. In Europa australi. Versicolor. Rad. (sicca) odoratiss. Stigm. dentata. Petala interiora non emarginata.

* *pallide caerulea*, barbata, fol. ensiformib. glabris falcatis, breviorib. scapo multifloro, tubo longitudine germinis Willd. l. c p. 230. I. *pallida*. Lam. enc. 3. p. 294. I. *dilute caerulea*, involucro albo. Tabern. ic. 647. Hab. in Italia, in monte Pisan. Savi.

Obs. Secundum Willd. l. c. a *germanica* constanter distincta, et quoad observationes

Dom. Courset (Bot. cultiv. 1. p. 518) tantum ejus varietas.

21. *compressa*, barbata, fol. ensiformib. glabris, caule paniculato compresso. Th. diss. n°. 12. Lin. suppl. 98. Hab. in interioribus regionibus Cap. b. spei. ♄

22. *dichotoma*, barbata, fol. ensiformib. glabris, caule paniculato tereti. Thunb. diss. n°. 13. Lin. suppl. 97. Pall. it. 3. app. n°. 61. t. A. f. 2. Hab. in rupestribus apricis totius Davuriae. Refert Ixiam. Flor. longe pedunculati, omnium congenerum minimi, dilute purpurascentes.

** *Barbatae, foliis linearibus.*

23. *tripetala*, barbata, fol. lineari scapo unifloro longiore, petalis alternis subulatis. Thunb. diss. n°. 14. Lin. suppl. 97. Jacq. ic. 2. t. 24. Collect. 3. p. 272. Hab. in Cap. b. spei. Var. florib. caeruleis, violaceis et carneis.

24. *tricuspis*, barbata, folio lineari scapo subbifloro longiore, petalis alternis trifidis. Thunb. diss. n°. 15. Lin. suppl. 98. Houttuyn. 11. t. 80. f. 1. Ad Cap. b. spei Cor. albo, luteo et purpureo variegata.

*** *Imberbes, foliis ensiformibus.*

25. *plumaria*, barbata, fol. linearibus, scapo multifloro, stigmatib. multifidis. Th. diss. n°. 16. Moraea *iriopetala*. L. suppl. p. 100. Willd. sp. p. 244. Ad Cap. b. spei.

26. *Northiana*, barbata, scapo foliisque falcatis linearibus, petalis exteriorib. pendulis, interiorib. suberectis apice revolutis. Moraea *Northiana* Andrew. t. 255. Hab. in Brasilia. Hab. Junci. Flor. 2. sub apic. scapi foliiformis. Pet. exteriora alba, interiora flavo-caerulea.

27. *orientalis*, barbata, scapo tereti, fol. distichis linearibus decrescentib., flore subsolitario terminali. Thunb. diss. n°. 18. (M. *iridioides*) Willd. p. 244. Mill. ic. t. 239. f. 1. Iris *orientalis*. Till pisan. 89. t. 33. Hab. in Oriente, Constantinop. Pet. interiora alba, immaculata, patentia. Stigm. caerulesc. petaloidea. Th.

28. *Xiphium*, imberbis, fol. ensiformib. canaliculato-subulatis, scapo bifloro, petal. stigmate fere angustioribus, germine tereti-trigono. Ehrh. Beitr. 7. p. 139. Iris *variabilis*. Jacq. collect. 2. p. 321. Besl. aest. t. 4. f. 2. t. 6. f. 2. 3. t. 10. f. 1. Hab. in Hispania, Sibiria. Quoad color. variat.

29. *Xiphioides*, imberbis, fol. ensiformibus canaliculato-subulatis, scapo bifloro, petalis stigmate latioribus, germine acute angulato. Ehrh. Beitr. 7. p. 140. Iris *Xiphium*. Jacq. Collect. 3. p. 320. Besl. eyst. aest. t. 7. f. 1. t. 8. f. 1. t. 9. f. 1. Hab. in Hispania.

30. *Pseud-Acorus* (*paludosa*), imberbis, fol. ensiformibus, petalis alternis stigmate minoribus. Thunb. diss. n°. 17. Fl. dan. t. 494. Roth. germ. I. p. 17. II. p. 43. Acorus adulterinus. Bauh. pin. 34. Hab. in paludosis, aestate.

31. *foetida*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo uniangulato. Thunb. diss. n°. 19. Cor. imberbibus petalis interioribus patentissimis, caule uniangulato, fol. ensiformibus. L. Hort cliff. 19. Moris. S. 4. t. 5. f. 2. mala. Hort. eyst. 8. f. 1. Hab. in Gallia, Anglia, Hetruria, Hongaria et Barbaria. Cor. caerulescenti-tristis. Petala exteriora, ungue subtus plicis rugoso. Fol. foetidiss., obscure viridia.

32. *virginica*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo folioso ancipiti. Thunb. diss. n°. 20. Jacq. Collect. 2. p. 322. Cor. lacin. 3 fascia mucido-tomentosa, caps. trigona: angulis sulcatis. Mich. Fl. amer. p. 22. Hab. in Virginiae et Carolinae palustribus.

33. *versicolor*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo tereti flexuoso, germinibus subtrigonis. Thunb. diss. n°. 21. Curt. mag. t. 21. Hab. cum priore. Petala apice obscure violacea basi flavescentibus venis violaceis, interiora carnea. Stigmata alba. Willd.

34. *halophila*, imberbis, fol. ensiformibus, radicalibus longissimis, scapo tereti, germinibus hexagonis. Ait. Kew. p. 72. Pall. it. 3. app. 63. t. B. fig. 2. In Sibiriae locis depressis salsis.

35. *ochroleuca*, imberbis, fol. ensiformibus depressis striatis, scapo subtereti, germinibus hexagonis. Thunb. diss. n°. 22. Act. Petrop. 1781. 1. p. 292. t. 8. Hab. in Oriente. Petala reflexa, basi dilatata venis obscuriorib., limbo flavo marginib. albo; erecta nivea, basi venis flavescentib. Stigmata nivea. Affinis I. spuriae.

36. *spathacea*, imberbis, fol. ensiformibus rigidis, scapo tereti bifloro, spathis longissim. Thunb. diss. n°. 23. *Spathulata*. Lin. suppl. 99. In interioribus regionibus Cap. bonae spei.

37. *ramosa*, imberbis, fol. ensiformib., caule paniculato multifloro. Lin. suppl. 99. In Schwartlandiae arenosis ad Cap. b. spei.

38. *stylosa*, acaulis imberbis, fol. ensiformibus, cor. laciniis subaequalibus: tubo longissimo. Desf. 1 c. t. 5. I. *unguicularis*. Lam. ill. p. 124. In Algeria, in sepibus. Cor. caerul. stigm. angusta.

*** *Imberbes, fol. linearibus.*

39. *scorpioides*, acaulis imberbis, fol. canaliculatis, cor. laciniis tribus erectis minimis: tubo longissimo. Desf. l. c. t. 6. I. *microptera*. Lam. l. c. Hab. in Algeriae humilis. Fl. hyeme. Stigm. maximum, profunde bifidum. D.

40. *juncea*, imberbis, bulbo tunicato, caule subbifloro, fol. subulatis canaliculatis, spatha diphylla acuta, cor. tubo elongato. Desf. atl. p. 39. t. 4. Poir. iter. ed. germ. t. 1. (mala.) Hab. in collibus aridis in Atlante. Cor. lutea. Caps. longa. D.

41. *Sisyrinchium*, imberbis, fol. linearibus undulatis reflexis, scapo unifloro. Thunb. diss. n°. 25. Hab. in Hispania, Lusitania, Barbaria. Petala purpurea, macula lutea loco barbae. Bulbi ex gemino bulbo altero alteri imposito.

42. *longifolia*, fol. linearibus canaliculatis longissimis glaucis, scapo multifloro. Andrew. Repos. t. 45. Hab. in Cap. bonae spei. Flor. et Bulbi ut in antecedente. Fol. 3-pedalia. Cor. macula lutea oblonga.

43. *verna* (*nana*), imberbis, fol. linearibus planis, scapo unifloro, lac. corollae alternis aequantibus. Thunb. diss. n°. 26. Pluk. alm. 198. t. 196. f. 6. Habitat in Virginia. Pusilla. Fol. lineari-gladiata. Rad. fibrosa. Michaux p. 22.

44. *persica*, imberbis, fol. linearibus planis, scapo unifloro, petalis interioribus brevissimis patentissimis. Syst. veg. p. 79. Lam. ill. t. 33. f. 3. Rudb. elys. 2. p. 10. f. 9. Hab. in Persia.

45. *angusta*, imberbis, folio filiformi lineari erecto glabro, scapo subunifloro, spathis obtusis. Thunb. diss. n°. 28. Hab. ad Cap. b. spei.

46. *setacea*, imberbis, fol. filiformi-lineari erecto glabro, scapo glabro subunifloro, spathis acutis membranaceis. Th. diss. n°. 29. t. 1. f. 2. I. *setifolia*. Lin. suppl. 99. Cum priore.

47. *tenuifolia*, spatha biflora, folio longissimo filiformi, cor. tubo filiformi elongato. Lin. suppl. 97. Pall. it. 3. app. n°. 66. tab. C. fig. 2. In arenosis Davuriae et ad Wolgam. Cor. pallide caerulea, odore caryophylleo fragrans.

48. *ventricosa*, imberbis, fol. linearib., scapo subbifloro, spathis ventricosis, tubo elongato, germine trigono. Willd. l. c. p. 236. Pallas itin. 3. app. n°. 62. t. B. f. 1. Cum priore. Cor. pallide caerulea. Germen lateribus sulco bipartitis. Pall.

49. *elegans*, imberbis, fol. gramineis attenuatis, scapo subbifloro, spatha ventricosa, germine trigono, stigm. crenato-dentato. In hortis rarius obvenit. Caul. 2-pedalis. Cor. magna elegans, lac. exter. flavesc. in medio macula lata fulva. Stigm. sulphur. margine caerulesc.

50. *graminea*, imberbis fol. linearibus scapo subbifloro ancipiti superantibus, germinibus hexagonis. Thunb. diss. n°. 31. Jacq. aust. t. 2. Hab. in Austria.

51. *ensata*, imberbis, fol. linearibus, scapo subbifloro tereti, germinibus hexagonis. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2 p. 328. I. *graminea*. Thunb. jap. 34. Habitat in Japonia.

52. *spuria*, imberbis, fol. linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinib. hexagonis. Thunb. diss. n°. 32. I. *spathulata*, imb. fol. ensiformib. caule subbreviorib. pet. majorib. spathulatis. Lam. enc. 3. p. 300? Jacq. aust. t. 4. Hab. in Germaniae, Galliae, Sibiriae et Hongariae pratis.

53. *orientalis*, imberbis, fol. linearib. scapo subbifloro tereti articulato, germinib. trigonis, corollis fusco-reticulatis. I. *sibirica*. Thunb. jap. 33. Hab. in Japonia. Spathae fol. similes.

54. *pratensis*, (*sibirica* L.) imberbis, fol. linearibus, scapo fistuloso subtrifloro tereti, germinibus trigonis. Thunb. diss. n°. 33. Lam. encycl. 3. p. 300. Jacq. aust. t. 3. Roth. germ. I. p. 18 II. p. 43. Hab. in Germaniae, Austriae, Helvetiae, Galliae, Sibiriae pratis. Fol. plana suberecta, caule breviora.

* *odorata*, imberbis, fol. gramin. caule subaequantib. attenuato-pungentib., caule tereti bifloro, germine trigono, cor. venosis. In horto quodam cultam inveni. Caul. subarticul. Flor. obscure caerulei: pet. exteriora medio lin. fulva, intus crispa. Odor gratus.

55. *martinicensis*, fol. linearibus, pet. foveolis glandulosis, germinibus trigonis. Thunb. diss. n°. 34. Jacq. amer. 7. t. 7. Xiphion flore ex luteo nigricante. Plum. spec. 8. ic. 260. t. 261. f. 1. Hab. in Martinica.

56. *crispa*, imberbis, fol. linearib. crispis. Thunb. diss. n°. 36. In collib. Cap. b. spei.

57. *pavonia*, imberbis, folio lineari glabro, scapo subunifloro. Thunb. Jacq. Coll. suppl. p. 8. Hab. ad Cap. b. spei. Caulis submentosus. Flos aurantiacus aut albus, macula baseos caerulea. Filam. connata.

58. *papilionacea*, imberbis, fol. linearibus reflexis hirtis. Thunb. diss. n°. 37.

t. 2. f. 1. Jacq. Collect. suppl. p. 159. t. 3. f. 2.* Hab. ad Cap. b. spei.

59. *fugax*, imberbis, scapo tereti, fol. radicalib. lanceolato-linearib. canaliculatis, flor. terminalibus, stigmatib. erectis profunde bifidis. Moraea fugax. Andrew. t. 83. Ad Cap b. spei. Rad. bulbosa, fol. interiora sublinearia. Flos fugax, 3 tantum horas durans.

60. *edulis*, imberbis, folio lineari pendulo glabro, scapo glabro multifloro. Th. diss. n°. 38. Moraea *fugax*. Syst. veg. 93. Jacq. Hort. 3. t. 20. In campis arenosis Cap. b. spei.

61. *tristis*, imberbis, fol. linearibus glabris, scapo hirto ramoso. Thunb. diss. n°. 39. Moraea *sordescens*. Jacq. ic. rar. 2. t. 225. Ad Cap. b. spei.

62. *polystachya*, imberbis, fol. linearib. planis, scapo glabro ramoso. Thunb. diss. n°. 41. I. *lacera*, spathis laceris. Lam. ill. 125. Cum prioribus.

63. *viscaria*, imberb., fol. linearibus planis, petalis patentibus, caule viscoso. Lin. suppl. 98. In Cap. b. spei locis arenosis ad Saldabna bay. Odor bituminosus.

64. *bituminosa*, imberbis, fol. linearib. spiralibus, scapo viscoso. Thunb. diss. n°. 43. t. 2. f. 2. Petalis reflexis. Lin. suppl. 98. Ad Cap. b. spei. An varietas?

***** *Imberbes, foliis tetragonis.*

65. *tuberosa*, imberbis, fol. tetragonis. Thunb. diss. n°. 43. Moris. hist. 2. p. 348. s. 4. t. 5. f. 1. Hermodactylus. Tournef. cor. 50. In Arabia, Oriente.

108. MARICA. *Cor.* 6-petala, supera: laciniis interioribus minoribus. *Stylus* crassus. *Stigma* petaloideum, trifidum: laciniis indivisis acutis. *Spatha* magna flor. involvens.

1. *paludosa*, Willd. Sp. 246. Cipura paludosa. Aub. guj. 1. p. 38. t. 13. Lam. ill. p. 107. t. 30. Hab. in pratis humidis Gujanae. Folia graminea. Flores albi vel caerulei, spathis cincti. W.

109. DILATRIS. *Cor.* 6-petala supera hirsuta. *Filam.* tertium reliquis minus. *Stigma* simplex. *Caps.* globosa, coronata, infera, trilocularis.

1. *corymbosa*, petalis ovatis, panicula hirsuta. Thunb. Act. Societ. Berol. 4. p. 46. Berg. cap. 9. t. 3. f. 5. Dilatris *umbellata*, petalis ovatis, corymbo fastigiato hirsuto. Lin. suppl. 101. In sabulosis Cap. bonae spei. Corollae atropurpureae, petalis connexae. Stam. 3, longitudine petalorum. Stigma trigonum. Maut. ♃

2. *Ixioides*, panicula ovata villosa, petalis ovalibus externe barbatis, stam. corolla longioribus. Lam. ill. p. 127. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *viscosa*, petalis linearibus, panicula villoso-viscida. Thunb. prod. 10. Thunb. l. cit. 4. p. 48. Lam. ill. t. 34. In monte tabulari Cap. b. spei. ♃

4. *paniculata*, petalis lanceolatis, caule paniculato. Thunb. l. c. 4. p. 51. Hab. in arenosis Cap. b. spei. Flor. purpureo-flavescentes. ♃

5. *Heritiera*, fol. angustis irideis erectis, panicula subcorymbosa, petalis 3 linearibus, 3 alternis interiorib. lanceolat. *Heritiera* Gmelini. Mich. Flor. amer. 1. p. 21. Her. tinctorum. Bull. des Sç. n°. 19. Hab. in Carolinae uliginosis. Cal. rubens. Cor. subcampanulata, tomentosa. Stigm. subtrilobum. Caps. 3-quetra. M.

110. WACHENDORFIA. *Cor.* 6-petala, inaequalis, infera. *Caps.* trilocularis, supera.

1. *thyrsiflora*, scapo subsimplici, panicula coarctata, fol. ensiformibus quinquenerviis plicatis glabris. Th. prod. 12. Lam. ill. 1. p. 127. Burm. monogr. 2. f. 2. Ad Cap. b. spei, cum sequentibus omnibus.

2. *paniculata*, scapo polystachyo, panicula patente, fol. ensiformibus trinerviis plicatis glabris. Th. prod. 12. Smith. ic. pict. 1. p. 5. t. 5. Lam. ill. t. 34. f. 1. Erythrobulbus hellebori albi plicatis foliis. Pluk. mant. 70.

3. *hirsuta*, scapo polystachyo, panic. patente, fol. ensiformibus trinerviis plicatis villosis. Th. prod. 12.

4. *tenella*, scapo subpolystachyo, panicula patente, fol. linearibus trinerviis glabris. Th. prod. p. 12.

5. *graminea*, scapo polystachyo, panic. patente, fol. ensiformib. canaliculatis glabr. Th. prod. 12.

111. XIPHIDIUM. *Cor.* 6-petala, aequalis. *Stam.* recta. *Caps.* supera, 3-locul., polysperma. Spatha s. cal. o.

1. *album*, fol. glabris, petalis lineari-

lanceolatis. Willd. Sp. 248. X. floribundum. Swartz prod. 17. et Flor. 1. p. 80. In Cumana, Amer. meridionali.

2. *caeruleum*, fol. hirsutis, pet. ovatis. Willd. l. c. X. *caeruleum*, florib. paniculatis, flore et fol. pilosis. Aubl. guj. 1. p. 33. t. 11. In pratis Gujanae.

112. COMMELINA. *Cor.* 6-petala. *Nect.* 3, cruciata, filam. propriis inserta. *Caps.* subglobosa, 3-locularis.

* *Dipetalae, ob duo petala majora.*

1. *communis*, corollis inaequalibus, fol. ovato-lanceol. acutis, caule repente glabro. Hort. ups. p. 18. Willd. sp. pl 1. p. 249. Dill. elth. 93. t. 78. f. 89. Habitat in America. ⊙

2. *polygama*, cor. inaequalibus diandris hermaphroditis et masculis, ramis prostratis radicantibus. Roth. catal. bot. 1. p. 1. et 2. p. 1. Kaempf. amoen. 889. Hab. in Japonia.

3. *cayennensis*, procumbens, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris: vaginis ciliatis, nectariis bilobis. Richard in Act. Soc. Lin. Paris. p. 106. In Cayenna.

4. *pilosa*, pumila diffusa, fol. lanceolatis, vaginis involucrisque pilosis. Rich. l. c. Hab. cum priore.

5. *africana*, cor. inaequalibus luteis, fol. lanceolatis glabris, caule decumbente. Hab. in Aethiopia.

6. *bengalensis*, cor. inaequalibus, fol. ovatis obtusis, caule repente. Murr. comm. goett. 1779. p. 18. t. 5. Pluk. alm. t. 27. f. 3. In Bengala.

7. *erecta*, cor. inaequalibus, fol. ovato-lanceolatis, caule erecto scabro simplicissimo Dill. elth. 94. p. 77. t. 88. Hab. in Virginia.

8. *virginica*, cor. subaequalibus, fol. lanceolatis subpetiolatis ore barbatis, caulibus erectis. Lin. Hab. in Virginia. Fol. supra retrorsum scabra: vaginis nervosis, ore barbatis pilis ferrugineis. ♃

β? *longifolia*, caule stricto pubescente, fol. lanceolatis longissimis: vaginis rufobarbatis, pet. ternis subaequalib. Michaux Flora p. 23. In umbrosis sylvar. Virginiae et Carol. Julio. Sem. compressa subelliptica.

9. *angustifolia*, assurgens, debilis, fol. lineari-lanceolatis acutis planis, petalis duobus. Mich. l. c. p. 24. In Carolinae campestrib. Majo. Sem. cylindrica. Bract. subcordatae.

10. *longicaulis*, cor. subaequalibus, fol. lineari-lanceolatis sessilibus, vaginis ciliatis, caule decumbente. Willd. l. c. p. 251. pedicellis geminis filiformib. geniculatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 294. Collect. 3. p. 234. Hab. in humidis ad Caracas. ♃

11. *mollis*, cor. subaequalibus, foliis petiolatis ovatis pubescentibus, caule repente. Willd. Jacq. ic. rar. 2. p. 293. Collect. 3. p. 235. Cum priore. ♃

12. *vaginata*, cor. aequalibus, fol. linearibus, flor. diandris involucro vaginatis. Mant. 177. Pluk. alm. t. 174. f. 3. In India orientali. Pedunc. terminati involucro convoluto. Corpuscula linearia. Antherae flavae, nigromaculatae. ⊙

13. *nudiflora*, cor. aequalibus, pedunc. capillaribus, fol. linearibus, involucro nullo, flor. diandris. Mant. 177. Pluk. alm. 135. t. 27. f. 4. In Indiae orientalis aridis graminosis. Flor. nutantes. Corpuscula deltoidea. ⊙

14. *cucullata*, cor. aequalibus, foliis ovatis, involucr. cucullat. turbinatis. Mant. p. 176. Lam. enc. 1. p. C. *nervosa*. Burm. ind. 18. t. 7. f. 3. cfr. Loureiro Flor. Cochinchin. 1. p. 39. In India orientali. Involucra margine laterali coalita. Flores minuti.

15. *japonica*, fol. ovato-lanceolat. undulatis, caule erecto angulato piloso, flor. paniculatis. Th. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 332. In Japonia.

16. *bracteolata*, cor. aequalibus, fol. lanceolato-linearib. undulatis subcrispis, pedunc. paniculatis bracteolis semivaginalibus. Lam. ill. gen. 1. p. 129. Habitat in India.

17. *spirata*, cor. aequalibus, fol. lanceolatis, flor. paniculatis, pistillo convoluto. Mant. 2. p. 176. In India orientali ad rivulos et locis humentibus. ⊙

18. *hispida*, cor. aequalibus, fol. ovato-lanceolatis obtusis hispidis, pedunc. subquinquefloris. Flor. per. 1. p. 43. t. 73. f. a. Hab. in collibus provinc. Camanae. Stigm. subcapitatum. ⊙

19. *fasciculata*, cor. aequalibus, fol. lanceolatis acutis, vaginis ciliatis, caule assurgente, rad. fasciculata. Flor. per. 44. t. 72. b. In collib. et arvis Limae. Pet. interiora caerulea, exteriora breviora, albida. ♃

20. *nervosa*, cor. subaequalibus, fol. lan-

ceolatis 16-nerviis: vaginis hirsutis, caule erecto. Fl. per. l. c. Hab. in umbrosis ad Cuchero vicum peruvianum.

21. *gracilis*, cor. aequalibus, fol. ovatis acutis, margine scabris: vagin. longis ciliatis, caul. repente. Fl. per. l. c. t. 72. f. a. Cresc. in Peruv. cultis et humidis. Pet. exteriora albida.

22. *serrulata*, pedunc. axillarib. subsolitariis multifloris, fol. lanceolatis marginatis serrulato-scaberrimis, vagin. ciliatis. Vahl. eclog. amer. fasc. 2. In Cayenna.

113. CALLISIA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Anth.* geminae. *Stigm.* penicilliformia. *Caps.* compressa, 2-locularis. *Nect.* 0.

1. *repens*, flor. axillaribus subsessilib. caule laevi, fol. glabris. Lam. enc. p. 563. ill. gen. t. 35. f. 1. Hapalanthus Jacq. amer. pict. p. 12. t. 12. Hab. in Amer. meridionali, locis udis.

2. *ciliata*, fol. cordatis vaginantibus denticulato-ciliatis, vaginis subtrifloris. C. *repens.* Flor. per. 1. p. 45. t. 73. f. b. Habitat ad urbem Huanaci in Peruv. in fruticetis.

3. *umbellata*, caul. sursum pedunculisque villosis, florib. umbellulatis diandris. Lam. ill. p. 130. t. 35. f. 2. In America meridionali observata a cl. Richard.

114. LEPTANTHUS. *Spatha* 1-flora, hinc dehiscens. *Cor.* tubo longo gracili: limbo sexpartito. *Stam.* laciniis inserta. *Anther.* lineares, aut biformes triangulares. *Caps.* intra spatham, coronata, 3-locularis, polysperma, angulis dehiscens.

* *Antherae uniformes lineares, filamenta æqualia.*

1. *ovalis*, foliis ovalibus petiolatis. Michaux Flor. am. bor. 1. p. 25. t. 5. f. 1. Hab. in paludib. Illinoensib. Flos ex imo petiolo erumpit.

2. *graminea*, fol. linearibus, caul. fluitante dichotomo. Mich. l. c. Cresc. in flumine Ohio. Potam. *graminei* habitus.

** Heteranthera. *Filam. longitudine inæqualia, antherae biformes.*

3. *peruviana*, fol. lato-reniformibus, spatha subquadriflora. H. *reniformis.* Fl. per. 1. p. 43. t. 71. f. a. In Peru. Caul. repens. ♃

4. *virginica*, fol. orbiculato-reniformib. spatha 1-flora. Michaux l. c. 1. p. 25. In Pensylvania, Virginia.

115. SYENA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Antherae* oblongae. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

1. *fluviatilis.* Willd. sp. p. 254. Mayaca fluviatilis. Aub. guj. 1. p. 42. t. 15. M. *Aubleti* Michaux. In rivulis Gujanae, et in Carolina. Planta muscosa. Fol. capillacea verticillata. Flor. axillares albi. W.

116. XYRIS. *Glumae* bivalves in capitulum. *Cor.* 3-petala, aequalis. *Caps.* supera, 1-locular., 3-valvis.

1. *indica*, fol. ensiformibus scapum vaginantibus, capitulo globoso, squamis subrotundis. Willd. phytog. 1. p. 2. n°. 6. Vahl symbol. 2. p. 7. Pluk. alm. 170. t. 416. f. 4. Moris. hist. 3. p. 229. s. 8. t. 9. f. 28. In Indiis. ♃

2. *pauciflora*, fol. lineari-subulatis scap. vaginantibus, capitulo oblongo, squamis ovatis obtusis. Willd. l. c. n°. 7. t. 1. f. 1. In Malabaria. ♃

3. *americana*, fol. triquetris lineari-subulatis basi distinctis, capitulo oblongo, squamis-lanceolatis acutis. Willd. sp. pl. 1. p. 255. Aubl. gujan. 1. p. 40. t. 14. In America calidiore. Flor. caerulei. ♃

4. *capensis*, fol. linearibus brevissimis, capitulo ovato acuto, squamis obtusis. W. l. c. Thunb. prod. 12. Hab. ad Cap. bonae spei. ♃

5. *subulata*, fol. distichis subulatis, scapo 1-2-phyllo, spica 2-3-flora. Flor. per. 1. p. 46. t. 71. b. Habitat in Peruviae montosis humidis.

6. *brevifolia*, fol. subulato-gladiatis, scapo teretiusculo, capitulo globoso. Michaux Flor. p. 23. In pratis udis Georgiae inferioris.

7. *anceps*, fol. linearib. obtusiusculis, scapo apice dilatato ancipiti, capit. squamis rotundatis. X. Jupicai. Mich. l. c. Cresc. a Marilandia ad Floridam.

---

† Flores glumacei. 1.) *Scirpoidei* Caules cylindrici aut triquetri, farcti, enodes, rarius articulati. Flor. spicati, squamis s. paleis imbricati, monogyni, stigm. 2-3; filam. numero et situ variant, ut plurimum tria. Sem. unicum, nudum, basi *involucello* setulae- lanae- paleae- arilliformi aut nullo cinctum. Huc quoque per-

tinerent *Carices*, quae vero ob staminum situm ad classem monoeciam a Linnaeo relatae sunt.

117. KYLLINGA. *Spica* (Amentum L.) subrotunda aut oblonga sessilis, aut umbellata constans ex spiculis subimbricatis: *Cal.* 2-valvis: valvula inaequali, 1-florus. *Cor.* 2-valvis, cal. major. Sem. triquetrum. (Stam. 1-3. Stigm. 2-3.)

1. *monocephala*, culmo filiformi triquetro, capitulo globoso sessili, involucro triphyllo longissimo. Lin. suppl. 104. Rottb. gram. p. 13. t. 4. f. 4. Willd. sp. pl. 256. Schoenus coloratus. Lin.? Rumph. amb. 6. p. 8. t. 3. f. 2? In humidis Indiae orientalis et Americae. ♃

2. *brevifolia*, culmo setaceo monophyllo, involucro triphyllo brevi, capitulo terminali sessili. Rottb. loc. cit. f. 3. In India orientali.

3. *pumila*, involucro triphyllo plano, flor. diandris. Mich. Flor. amer. 1. p. 29. In Shavanensium regione ad amnem *Scioto*. Styl. bifidus uti in sequente.

4. *maculata*, involucro triphyllo patentissimo, capitulis 3 glomerato-sessilibus, monandris. Michaux l. c. Hab. in Carolina. Sequenti affinis dicitur.

5. *ovularis*, spicis umbellatis globoso-ovoideis, glumis lanceolatis, valvulis exterioribus ovalibus, stylo 3-fido. Michaux l. c. In Georgia, et Carolina.

6. *nivea*, capitulis terminalibus subternis glomeratis sessilib. Lin. suppl. 104. Rottb. 6. (K. triceps.) L. Schoen. niveus Scheuchz. Agrost. 401. t. 9. f. 11. Pluk. phytog. t. 197. f. 7. In humidis Americae et Indiae orientalis. Gramen laevissimum. Capitul. terminale (lateralibus 3 approximatis) ovatum sessile niveum. Stylus semibifidus. L. ♃

7. *panicea*, umb. terminali, spicis sessilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro universali subtetraphyllo, partiali nullo. Lin. suppl. 105. Rottb. l. c. f. 1. In India, Oriente.

1. *filiforme*, spica simplici imbricata: seriebus binis florum aristatorum sessilium; binis pedicellatorum muticorum, cal. univalvibus. A. *serratum.* Retz. obs. bot. 5. p. 21. Cresc. ad oras flum. in Bengalia. Arista longa.

2. *crinitum*, spic. solitaria hirsuta, aristis nudis geniculatis longissimis. Thunb. Flor. jap. p. 40. Hab. in Japonia.

3. *caricosum*, spica solitaria imbricata, seminibus hirsutis, aristis nudis contortis. Lin. Rumph. amb. t. 7. f. 2. A. Hab. in India. Gram. 4-5-pedale.

4. *divaricatum*, spica oblonga, flor. lanatis remotis divaricatis, arista flexuosa nuda. L. Reich. syst. 4. p. 299. Lagurus. Gron. Virg. p 135. In Virginia.

5. *Gryllus*, panic. pedunc. simplicissimis trifloris, flosc. hermaphrodito aristato ciliato basi barbato. Lin. Amoen. 4. p. 332. Festuca utriculis lanugine flavescentibus. Bauh. pin. Hab. in Europ. australi et in Barbaria.

6. *serratum*, panic. laxa, flosculo altero sessili, altero pedicellato, pedicellis hirsutis. Thunb. jap. 41. Hab. in Japonia.

7. *cotuliferum*, panic. patula villosa, arista tortili nuda, pedicellis incrassatis pateriformibus. Thunb. l. c. Hab. in Japonia.

8. *avenaceum*, fol. asperis, panic. oblonga subcoarctata, flor. breviusculis villosis, arista contorta Michaux, Flor. 1. p. 58. Hab. in pratis Illinoensib. in America.

9. *saccharoides*, panic. ramis simplicibus, flosc. geminatis: hermaphrodito aristato sessili, altero mutico tabescente, pedicellis rachibusque lanatis. Swartz prodr. p. 26. et ejusd. Flor. 1. p. 205. Hab. in siccis montosis Jamaicae australis. Vag. nodi villosi.

10. *fastigiatum*, panic. spicis solitariis, pedunc. elongatis subfastigiatis, rachi laxata, floscul. utrisque lanatis. Swartz. l. c. p. 207. Crescit cum priore. Glum. calycinae purpurascunt. Sw.

11. *Nardus*, panic. ramis supradecompositis proliferis. Lin. Flor. Zeyl. p. 45. (*sub Laguro*). Rumph. amb. 4. p. 22. t. 6? Hab. in India. Rad. odorata carminativa. Culm. arundinacei, alti. An Nardus indica officinarum? Vid. Lam. encycl. 2. 375.

12. *glaucum*, invol. cymbiformi, panic. foliacea, involucellis calycibusque bifloris, flor. sessilium cal. trivalvibus. Retz. obs. bot. 5. p. 20. Hab. in India. Anthistiriis affine.

13. *lanigerum*, fol. convolutis, spicul. lanuginosis vagina cinctis, cal. exteriore nullo, flor. hermaphrodito aristato. Desf. Atl. 2. p. 379. In montib. prope Cassam. Styl. 1. Rachis villosa. D. An hujus generis?

14. *macrourum*, fol. vaginis villosis, panic. lateralibus fasciculato-polystachyis, flor. 1-andris. Michaux. p. 56. In Carolinae humidis.

15. *dissitiflorum*, vagin. glabris, culm. stricto, spicul. lateralibus dissitis, flor. 1-andris. Michaux. Cum priore sed in sylvis. Involucr. etiam cymbiforme.

Obs. Utraque species a Waltero ad *Cinnam* relata.

16. *scoparium*, vagin. villosis, panic. elongata stricta, spicul. simplicibus 3-andris, flosc. neutro aristato. Michaux. l. c. Hab. in aridis sylvarum Carolinae.

17. *cymbarium*, panic. sparsa, bracteis cymbiformibus, flor. transversis aristatis ternis. Mant. 303. Hab. in India orientali. Culmi orgiales, farcti. Bractea triflora, cymbiformis.

18. *distachyum*, spicis binis terminalibus, culmo indiviso. Ger. prov. 106. t. 3. f. 2. Jacq. Coll. I. p. 165-166. Ic. rar. Desf. Atl. I. p. 377. Scheuchz. gram. p. 95. Bocc. sicc. 20. t. 11. Hab. in collibus Algeriae, Siciliae, Galliae. Fol. vaginantia Aristae spicae accumbunt, in sicca planta recedunt. Jacq.

19. *Schoenanthus*, panic. spicis conjugatis ovato-oblongis, rachi pubescente, flosc. sessilibus, arista tortuosa. Rumph. amb. 5. t. 72. Ventenat. Descr. 88. Hab. in Indiae maritimis. In hortis colitur ob odorem gratum. Spiculae post anthesin reflexae pendulae.

20. *incurvatum*, spicis filiformibus subdigitatis, flor. geminatis: foemineo pedicellato aristato; masc. sessili mutico, cal. 1-valvibus. Retz. obs. bot. 5. p. 21. Habit. in Tranquebaria juxta flumina. Arista longa torta partim fusca, partim albida. R.

21. *binatum*, spicis geminatis lanatis, cal. valvula altera acuminata: altera truncata 3-dentata, petalo majore aristato. Retz. l. c. Culm. filiformis. Racheos dente lanugine flava fasciculata. Species ulterius examinanda.

22. *virginicum*, panic. spicis conjugatis: pedunculis simplicibus, rachi lanata, flosc. muticis: masculo tabescente. Sloan. hist. 1. p. 110. t. 68. f. 2. Hab. in America.

23. *bicorne*, paniculae spicis conjugatis, pedunculis ramosissimis, rachi lanata, flosc. arista caduca: masculo tabescente. Forsk. aegypt. cent. . 6. p. 173. Sloan. 1. hist. p. 42. t. 15. Hab. in Brasilia, Jamaica.

24. *hirtum*, panic. spicis conjugatis, calycibus hirsutis. L. Roy. Lugd. B. 53. Pluck. alm. 175. t. 92. f. 1. Bocc. Mus. 315. t. 8. f. 1. In Lusitania, Sicilia, Smyrnae, et Algeriae collib. Pedunculi hirti, uti et rachis et glumae.

25. *muticum*, spicis digitatis subternis: flosc. alternis sessilibus muticis. Hab. ad Cap. b. spei. Petala contraria calyci, colorata, tenera. Aristae nullae. L.

26. *Ischaemum*, spicis digitatis plurimis, flosc. sessilibus: aristato muticoque, pedicellis lanatis. Hab. in Europae australioris aridis, collibus et arvis.

27. *provinciale*, spicis pluribus, fasciculatis laevibus, floscul. alternis subsessilibus secundis aristatis. Retz. obs. 3. p. 43. An provinciale, spicis digitatis, floscul. alternatim geminis, masculo mutico peduncu-

culato. Ger. prov. p. 107. t. 4. Hab. in Gallia meridionali.

28. *undulatum*, spic. digitatis plurimis, flosc. obtusis sessilibus aristatis pedicellatis muticis, geniculis barbatis. Vahl. symb. p. 102. In Ind. orientali. Ligula membranacea nuda.

29. *pertusum*, spicis digitatis, glumis valvula pertusa. Lin. Mant. p. 301. Sub Holco. Hab. in Ind. orient., ad Madagascar. Petal. exterius in flore masculo non pertusum. Spic. 5. L.

30. *muricatum*, panic. contracta, spic. strictis verticillatis, cal. muricatis muticis. Retz. obs. 3. p. 43. A. squarrosum. Linn. suppl. 433? In India. Radix ob odorem gratum usitatissima apud incolas.

31. *ambiguum*, panic. coarctata, ramis setaceis, cal. 1-floro, cor. imberbi longe aristata. Mich. For. 1. p. 58. In Carolinae sabulosis.

Obs. Haec antecedensque species, quo Phalaris hispida. Thunb. Flor. jap. p. 44. pertinere videtur, aliud ad genus forte amandanda.

187. ANTHISTIRIA. Flor. polygami fasciculati in panicula laxa. *Masc.* 4, sessiles, verticillati, *Neutri* 2, pedicellati, 3-valves, mutici. *Hermaphr.* centralis, 2-valvis. Arista tortilis e fundo corollæ.

1. *imberbis*, culmo ramoso. glumis imberbibus. Desfont. in Journ. de Physiq. vol. 40. p. 292. t. 1. A. *imberbis*; fol. involucrisque nudis. Retz. obs. 3. p. 11?

2. *ciliata*, glumis barbato-glandulosis, vaginis glabris. Desf. l. c. Andropogon *nutans* et 4-*valve*. Lin. Hab. in Virginia et Jamaica.

3. *barbata*, glumis vaginisque barbato-glandulosis. Desf. l. c. t. 2. Gaertn. de sem. 2. p. 465, t. 175. Androp. *ciliatum* panic. cernua, cal. exteriore multifido ciliato, aristis contortis pilosis. Thunb. jap. p. 40. In Ind. Japonia. An prioris varietas?

4. *prostrata*, culmis ramosissimis radicantibus prostratis, fol. laevibus margine scabris. Androp. *prostratum*. Lin. Mant. p. 304. Hab. in India orientali.

5. *glauca*, culmo ramoso compresso, glumis imberbibus, arista inferne villosa geniculata. Desf. Atlant. 2. p. 380 t. 254. Stipa *paleacea*. Poir. iter. 2. p. 107. Habit. in collib. arenosis in Barbaria.

6. *gigantea*, culmo altissimo arundinaceo, fol. canaliculatis, calycibus pilosissimis, flor. panic. Cav. icon. 5. p. 36. t. 458. Hab. in ins. Philippica Luzon. Culm. 10-pedalis. Arista o. An hujus generis?

Obs. Forte nonnullae species ex affini genere Andropogon huc quoque pertinent.

188. APLUDA. Flor. polygami. *Involucr.* 2-phyllum: foliol. 1 majus parum distans. *Cal.* 4-florus, cartilagineus, bilamellatus s. 2-valvis: valv. anteriore truncata. *Flosc.* inferiores gemini: altero *hermaphrodito*, altero *fœmineo*; prioris *cor.* 1-valvis, navicularis, striata, 3-dentata dente intermedio aristata. *Stigm.* crassa hirsuta. Flosc. superiores *masculi*. valv. truncatæ insistentes (vid. Gærtn. de Sem. et fruct. plant. 2. p. 466. t. 175.)

1. *mutica*, foliis lanceolatis, flosc. omnibus muticis. Lin. syst. pl. ed. Reich. 4. p. 311. Culmi longissimi, debiles, glabri, geniculis tumidis. Panicula angusta, lateribus exiens ex vaginis foliorum minorum uti Andropogon.

2. *aristata*, foliis lanceolatis, flosculis masculis muticis: sessili arista terminali. Amoen. acad. 4. p. 301 Scheuch. gram. 118-119. t. 3. f. 2. Hab. in India.

3. *Zeugites*, fol. ovatis flosc. masculis muticis: sessili arista terminali. Amoen. acad. 6. p. 412. Zeugites arundinaceus ramosus minor rufescens, panicula sparsa terminali. Brown. jam. 341. t. 4. f. 3. Hab. in Jamaica.

189. ISCHÆMUM. Flor. polygami. *Hermaphrod.* *Cal.* 2-florus, 2-valvis: valv. subæqualibus cartilagineis; exteriore subovata gibba apice bifida. *Cor.* minor 2-valvis: valv. exteriore ventricosa, mutica aut aristata, bifida. *Nectar.* foliolis 2, spathulatis, truncato-emarginatis. *Masc.* Flor. idem sed. mutici. Flor. spicati, geminati. *Schreb.*

1. *muticum*, floribus muticis. Lin. Retz. obs. bot. 6. p. 34. Hab. in India. Fol. in hac et sequentib. lanceolata. ♃

2. *imberbe*, oscul. nudis, cal. sessilis valvula exteriore utrinque binodulosa, corollaque arista tortili elongata. Retz. l. c. p. 35. J. aristatum. Lin. Hab. in China. ♄

3. *barbatum*, cal. bifloris, basi barbatis, margineque ciliatis: sessilis margine utrinque binodosulo, arista torta geniculata. Retz. l. c. Hab. in Java. Spic. racheos dentes ciliato-barbati.

4. *ciliare*, culm. decumbente, cal. bifloris, pedicellis ciliatis, flore utroque foemineo, arista torta geniculata. Retz. l. c. p. 36. Hab. in China. Culm. genicula pilosa.

190. MANISURIS. Flor. polygami spicati. *Hermaphr. Cal.* 1-florus, 2-valvis: valv. inæquales, variæ. *Cor.* 2-valvis, inclusa. Masculi et neutri *Cal.* regularis s. uniformis.

1. *granularis*, spicis pluribus, flor. hermaphroditi valvula exteriore orbiculari punctato-callosa. Cenchrus granularis. Lin. Swartz. Flor. 1. p. 186. Gaertn. de Sem. 2. p. 468. t. 175. Roxb. Corom. 2. fasc. 1. p. 11. t. 118. Panicum clandestinum Lin.? Hab. in siccis Jamaicae et in Indiae fruticetis.

2. *Myurus*, spicis solitariis, flor. hermaphr. valv. late marginata laevi. Lin. Mant. p. 300. Roxb. l. c. t. 117. In Indiae siccis et arenosis. Valv. apice lateribusque emarginatae.

191. POMMEREULLA. *Cal.* 2-valvis, subdistans, 4-florus, (Involucr. Lin.) *Cor.* 2-valvis: valv. altera major, 5-dentata: dente intermedio aristato. *Styl.* 2. Spica unilateralis? (Ex Roxbourg Plant. coromand. vol. 2. Fasc. 2. t. 131.)

1. *Cornucopiae*. Lin. suppl. p. 105. Willd. sp. 1. p. 319. Hab. in Indiae fruticetis et locis incultis. Stirps repens. Culm. brevis foliosus. Spic. vaginae fol. partim. inclusa. Linnaeus (filius) perperam hoc genus ad 2-andriam 1-gyniam retulit.

192. ROTTBOELLA. Flor. polygami. *Rachis* articulata teretiuscula, in pluribus filiformis. *Cal.* ovato-lanceolatus planus uni-vel bivalvis. *Cor.* minor, 2-valvis. *Flosc.* alterni in rachi flexuosa.

1. *incurvata*, spica tereti subulata incurvata, gluma bipartita subulata adpressa. Willd. sp. 1. p. 463. Lin. suppl. 114. Flor. Dan. t. 918. Cav. ic. t. 213. Aegilops incurvata. Lin. Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 8. Hab. in Europae maritimis.

2. *filiformis*, spica recta subcompressa subulata, gluma calycina ensiformi adpressa, bipartita obtusa. Roth. Catal. bot. 1. p. 21. Ejusd. N. Beitr. p. 120. Barr. ic. 1164. t. 117. f. 1. Hab. in Europa australi. ♃

3. *biflora*, spic. tereti subulata erecta, cal. 2-floris 2-valvibus, glumis obtusis adpressis, margine scariosis. Roth. N. Bot. Beytr. 1. p. 121. Hab. in Hungaria. Ligula longa. ⊙

4. *monandra*, spic. tereti subulata erecta, glum. calycina 1-valvi integra, flosc. aristatis. Roth. l. c. floribus distichis. Cav. ic. n°. 41. t. 39. f. 1. Hab. circa Madritum. ⊙

5. *setacea*, spica setacea secunda subincurva. Roxb. Corom. 2. p. 18. t. 132. Nardus indica. Lin. In Indiae vallibus. Cor. hirsuta.

6. *fasciculata*, spic. axillaribus aggregatis arcuatis, flor. 4-fariam dispositis. Desf. Atl. 1. p. 110. t. 36. Cresc. ad lacuum ripas prope la Calle in Barbar. ♃

7. *repens*, spica tereti subulata, gluma calycina univalvi indivisa. Forst. prod. n°. 151. Hab. in insulis maris pacifici.

8. *laevis*, pedunc. longissimis, spica flosculis binatis lateralibus, calycibus ovatis impunctatis laevibus. Retz. obs. 3. p. 11. Hab. in Tranquebaria.

9. *Thomaea*, minuta, spica simplici subulata, fol. pilosis breviore, culmo vaginis tecto. Willd. 1. p. 465. (R. *pilosa*). Roxb. Coromand. 2. t. 132. Hab. in Malabaria et Tranquebaria.

10. *compressa*, spica compressa subulata, gluma calycina lanceolata plana indivisa. Lin. suppl. 114. Retz. obs. 3. p. 12. R. *Tripsacoides*. Lam. ill. p. 205. t. 48. f. 1. B? Hab. in Indiis.

11. *hirsuta*, spica subulata hirsuta, flosc. hermaphroditis patentibus, sterilibus pedicellatis adpressis. Vahl. symb. 1. p. 11. Hab. in Aegypto. ♃

12. *Coaloracchis*, spica tereti unilaterali, flosc. geminis, altero pedicellato, calyce bivalvi. Forst. prod. n°. 49. Hab. in insula Tanna. An sequentis varietas?

13. *dimidiata*, culm. decumbentibus, spica dimidiata compressa lineari, latere exteriori aggregato-flosculosa, inferiori

laevi nodo. Lin. suppl. 114. Mich. 1. p. 60. Hab. in utriusque] Indiae arenosis et maritim.

14. *exaltata*, spica tereti-filiformi undique flosculosa, glumis ovatis obtusis, vaginis punctato-hirsutis. Lin. suppl. 114. Hab. in Indiis. Gramen altum culmo farcto. Vaginae sulcatae punctatae, punctis elevatis, seta terminatis.

15. *corymbosa*, spicis aggregatis lateralibus filiformibus, flosc. bifariis patentibus, fol. basi ciliatis. Lin. suppl. 114. R. punctata. Retz. obs. 3. p. 12. Aegilops exaltata. Lin. Hab. in Malabaria ad fossas agrorum.

16. *muricata*, spicis teretibus pluribus longe pedunculatis, cal. ciliato-aculeatis, neutris bifidis. Retz. obs. 3. p. 12. Hab. in India orientali.

17. *sanguinea*, panic. spicis aristatis alternis simplicibus pedunculatis, bract. laterali ciliata. Retz. l. c. p. 25. Habit. in China.

193. COLLADEA. Flor. spicati, rachis flexuosa. *Cal.* 2-4-partitus: laciniis subovatis basi sinu (denteque) distinctis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, cal. brevior, mutica aut aristata.

1. *distachya*, aristata. Colladea culm. ramoso, fol. cordatis lanceolatis acutissimis; vaginis cymbaeformibus. Cav. ic. 5. p. 37. t. 460. Hab. in humidis insulae Mindanoa in America. Arista tortilis prope germen inserta. C.

2. *monostachya*, mutica. Tripsacum hermaphroditum. Lin. Dec. pl. t. 9. Hab. in Jamaica.

Obs. A Tripsaco tam ob habitum, quam ob glumas calycinas partitas omnino diversa.

194. ÆGILOPS. *Cal.* subtriflorus, coriaceus latissimus multiaristatus, aristis rigidis divergentibus. *Cor.* 2-valvis: valva exteriore ovata, aristis 2-3 terminata. Flor. polygami et hermaphroditi spicati.

1. *ovata*, spica brevi ovata, cal. omnibus 3-4-aristatis. Lin. Gaertn. 2. t. 175. Moris. s. 8. t. 7. f. 10. Hab. in Europa meridionali et in Barbaria. Glauca. Rach. compressa. ⊙

β? *geniculata*, culm. elongato, geniculato, fol. villosis, glumis 4-aristatis. Roth. Beobacht. p. 45.

2. *caudata*, spica elongata, cal. muticis: terminali aristis 2 longissimis rectis. Lam. enc. 2. p. 346. Cal. omnibus 2-aristatis. Lin. Hab. in Candia.

3. *triuncialis*, spic. elongata, cal. inferioribus 2-aristatis. Schreb. gram. t. 10. f. 1. Crescit in locis aridis cum priore. Aristae 2-3, longissimae. Cal. villosus. ⊙

4. *squarrosa*, subinermis: spica subulata aristis longiore. Schreb. gram. 2. t. 27. f. 4. Buxb. cent. 1. t. 50. f. 3. Habit. in Oriente et prope Mascar. Cal. 1-3 aristatus: aristae breves. Rachis nodosa. ♃

195. ELYMUS. Flor. spicati. *Cal.* involucriformis 4-phyllus lateralis, bivalvis, aggregato-ternus multiflorus.

1. *arenarius*, spica erecta arcta, calycibus tomentosis flosculo longioribus, fol. pungentibus. Willd. Sp. 1. 467. Habit. ad Europae littora marina, inque arena mobili. Fol. arundinacea glauca involuto-mucronata. Ligula exigua. ♃

2. *geniculatus*, spica inflexo-pendula laxa, cal. setaceis patulis, spicula longioribus, fol. mucronato-pungentibus. Smith. brit. 1. p. 153. Amoen. Acad. 7. t. 2. f. 5. Wither. arrang. 1. t. 2. f. 26. Hab. in Angliae littorib. maritimis. Priore altior. ♃

3. *giganteus*, spica erecta arcta, spiculis senis sexfloris villosis, cal. subulatis glabris, spicula longioribus. Vahl. symbol. 6. p. 10. E. *racemosus*. Lam. Hab..... Gram. altum. Spica stricta, viridi-pallens.

4. *sibiricus*, spica pendula arcta, spiculis binatis calyce longioribus. Schreb. gram. t. 21. f. 1. Gmel. sibir. 1. p. 323. t. 28. Hab. in Sibiria. Var. Spic. 3. ♃

5. *tener*, spica pendula, flosculis geminis. Lin. suppl. 114. Hab. in Sibiria. Culmus bipedalis geniculis rubris. Aristae saepe flexuosae.

6. *canadensis*, spica nutante patula, spiculis inferioribus ternatis: superioribus binatis. Moris. s. 8. t. 10. f. 2. Hab. in Canada. β? Elymus *philadelphicus*? L.

7. *virginicus*, spica erecta, spiculis trifloris, involucro striato. Sp. pl. 123. Habit. in Virginia. Spic. basi fol. vagina inclusa?

8. *striatus*, spica erecta, spiculis bifloris pubescentibus, involucro striato brevioribus. Willd. sp. 1. p. 470. Hab. in America bor.

9. *europaeus*, spica erecta: spiculis bifloris aristatis, involucro laevi aequalibus.

Hordeum cylindricum. Murr. prodr. p. 43. H. sylvaticum. Huds. Involucr. 6-phyllum ut in Hordeis. Hab. in sylvis umbrosis.

10. *Caput Medusae*, spiculis bifloris, involucris setaceis patentissimis. Schreb. gram. t. 24. f. 2. Hab. in Lusitaniae et Hispaniae maritimis.

11. *Hystrix*, spica erecta, spiculis patentibus involucro destitutis. Lin. In Oriente. Asperella Hystrix. Humbold.

196. HORDEUM. Flor. spicati. *Cal.* 1-2-florus hexaphyllus involucriformis : foliolis per paria digestis, setaceis. *Flosc.* terni intermedio sessili, lateralibus stipitatis (sæpius sterilibus). *Cor.* stipitata, 2-valvis acuta : exteriore aristata.

1. *vulgare*, (*sativum*) flosc. omnibus hermaphroditis aristatis : ordinibus duobus erectioribus. Lin. Willd. spec. 1. p. 472. β. *caeleste*, seminibus decorticatis. Habit. circa Margamen in Sicilia. L. Var. sem. nigris. ⊙

2. *hexastichon*, flosc. omnibus hermaproditis aristatis, seminibus sexfariam positis. Viborg. cereal. 30. t. 2. ⊙

3. *distichon*, flosc. lateralibus masculis muticis, seminibus angularibus imbricatis. Viborg. t. 3. Moris. s. 8. t. 6. f. 1. Hab. ad Samaram, Tartariae fluvium. ⊙

4. *Zeocriton*, flosc. lateralibus masculis muticis, seminibus angularibus patentibus corticatis. Viborg. t. 4. ⊙

5. *strictum*, floscul. lateralib. masculis muticis, involucris aristatis scabris glabris, radice bulbosa. Schousb. Maroc. Desf. atl. 1. p. 113. t. 37. Cresc. in camp. aridis regni tunetani. Sequenti valde affine. ♃

6. *bulbosum*, flosc. omnibus fertilibus ternis aristatis, involucris setaceis basi ciliatis. Amoen. acad. 4. p. 304. Bar. ic. 112. f. 2. Moris. s. 8. t. 6. f. 7. Hab. in Italia, Oriente. ♃

7. *murinum*, flosc. lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis lanceolatis. Flor. dan. t. 629. Ubique vulgare. ⊙

8. *pratense*, flosc. lateralib. masculis brevius aristatis dorso hirsutis, involucr. scabris hirsutis. Roth. N. bot. Beytr. 1. p. 124. Smith. brit. 156. H. *maritimum*. Roth. germ. t. 1. p. 51. Engl. bot. t. 409. Hord. *nodosum* Lin. Hab. in pratis et pascuis.

9. *secalinum*, flosc. lateralibus neutris brevius aristatis; dorso glabris, involucris setaceis scabris. Roth. l. c. 125. Willd. spec. 1. p. 475. Gramen spicatum secalinum minus. Scheuchz. gram. 17. n°. 3. Monti gram. p. 60 f. 96. Hab. in Europae pratis, minus frequens. ♃

10. *maritimum*, flosc. lateralibus masculis, brevius aristatis, dorso glabris, floscul. lateralium foliolo interiore semiovato. Roth. Beytr. p. 127. Smith. l. c. Flor. dan. t. 630. H. *maritimum*, flosculis omnibus aristatis, lateralibus masculis, involucellis scabris, interioribus masculorum semilanceolatis. Vahl. symbol. 2. p. 25. Cresc. in pascuis et arenosis maritimis. ⊙

11. *rigidum*, flosculis lateralibus spuriis aristatis, involucri lateralis foliolo altero margine exteriore alato. Roth. Catal. p. 24. Monti gram. f. 93. Hab. in Ducatu Oldenburgensi. Involucri intermedia scabra nec ciliata. R

12. *Hystrix*, floscul. lateralibus masculis brevius aristatis dorso glabris, involucris omnibus setaceis scabris rigidis patentibus, spica ovata subcompressa. Roth. N. Beytr. Ejusd. Cat. 1. p. 23. In Hispania. ⊙

13. *jubatum*, aristis involucrisque setaceis longissimis. Sp. pl. 126. Elymus *crinitus*. Schreb. gram. 15. t. 24. f. 3. Buxb. cent. 1. p. 33. t. 52. f. 1. Hab. Smyrnae. ⊙

197. SECALE. *Cal.* oppositus, 2-valvis, aut multiflorus, solitarius : glum. lineari-lanceolatis, lævib. aut utrinque canaliculatis.

1. *cereale*, glumarum ciliis scabris, squamis calycinis angustis minoribus. Hab. in Creta. Spic. passim ramosa. ⊙

2. *villosum*, glumarum ciliis villosis, squam. calycinis cuneiformibus. L. Willd. sp. 1. p. 471. Buxb. cent. 5. p. 21. t. 41. Hab. in Europa australi, et in Oriente. ⊙

3. *orientale*, glumis hirsutis, squamis calycinis subulatis. Willd. in N. Act. Ber. 2. t. 4. f. 3. Hab. ad Archipelagum.

4. *creticum*, glumis extrorsum ciliatis. Sp. pl. 125. Hab. in Creta.

5. *pungens*, spica subovata glumis subpatulis scabris pungentibus. Hab. . . . . . An Triticum *squarrosum*, spica ovali squarrosa. spiculis distichis, calycibus trifloris patentissimis, valvul. calycinis corollinisque lineari-subulatis scabris rigidis. Roth. N. Bot. Beytr. 1. p. 128-129. (Hab. in Aegypto). Verum in meo gramine cal. 4-6-florus est : descriptio Rothii ceterum

convenit. Glumae sub lente ad marginem aculeatae.

6. *prostratum*, spicula unica ovata compressa bifaria, glumis glabris aristato-mucronatis. Triticum. Lin. suppl. 114. Willd. spec. 1. p. 480. Jacq. hort. 3. p. 540. t. 19. f. 4. Agropogon triticeum. Gaertn. Hab. in desertis Caspicis. Calycis forma cum prioribus convenit, hinc hujus potius loci.

7. *pumilum*, spica ovata, glumis subaristatis : calycinis bisulcatis. Lin. suppl. p. 115. sub Tritico. Hab. in Sibiria. An satis distinctum?

198. TRITICUM. *Cal.* bivalvis, solitarius, multiflorus. *Flos* obtusiusculus, glumis muticis aut interrupte aristatis. *Spiculæ* breviusculæ e latere plano rachi approximatæ.

1. *sativum*, *a aestivum*. calyce quadrifloro ventricoso glabro imbricato aristato. Lin. Willd. sp. 1. p. 476. Hab. apud Baschiros in campis. ⊙

β. *hybernum*, calyc. quadrifloro ventricoso laevi imbricato submutico. Lin. Blakw. t. 40. f. 1. 2. 3. ♂

Obs. Locus natalis genuinus hujus et specierum 3-5 sequentium adhuc incertus est.

γ. *durum*, culm. farcto, glumis pubescentibus aristatis, seminibus duris. Desf. atl. 1. p. 114. T. *sativum*. Lam. enc. 2. p. 55". Hab. in Barbaria, ubi frequens colitur praestans hoc gramen.

2. *compositum*, spica composita, spiculis confertis aristatis. Lin. suppl. 115. Moris. hist. 3. p. 175. s. 8. t. 1. f. 7. Habit in Aegypto. Seritur Neapoli. ⊙

3. *polonicum*, calyc. bifloro nudo, flosc. longissime aristatis, racheos dentibus barbatis. Moris. s. 8. t. 1. f. 8.

γ. *turgidum*, calyc. quadrifloro ventricoso villoso imbricato obtuso. Syst. Veg. 108. Moris. l. c. t. 1. f. 14. Hab. . . . . Etiam varietas prioris videtur.

4. *Spelta*, calyc. quadrifloro truncato, flosculis aristatis hermaphroditis : intermedio neutro. T. flor. quaternis, duobus secundis glumis adhaerentibus. Hall. helv. n°. 1424. Moris. t. 6. f. 1. ♂

5. *monococcum*, calyc. subtrifloro : primo aristato ; intermedio sterili. T. spica disticha, flor. ternis, fertili unico, glumis tridentatis, florali aristato. Hall. helv. n°. 1425. Moris. t. 6. f. 2. ⊙

6. *hispanicum*, calyc. sexfloro flosculis secundis apice aristatis. Mant. 325. (T. maritimum). Willd. sp. 1. p. 479. Hab. in Hispania. ⊙

7. *junceum*, cal. truncatis 5-floris muticis, fol. involuto-mucronato-pungentibus. Smith. brit. I. p. 157. Roth. N. bot. Beytr. p. 157. Schousb. maroc. pag. 52. Habit. in arenosis maritimis. Rad. repens articulata. Fol. superne pubescentia. Schousb. ♃

* *pungens*, glaucum, radice repente, foldemum subulato-convolutis pungentibus, glum. acuminatis muticis : carina submucronata. Triticum junceum Auct. T. repens. γ Smith. l. c. p. 158.

8. *repens*, cal. subulatis multinervibus 5-floris, flosc. acuminatis, fol. planis, radice repente nodosa. Smith. l. c. Willd. 1. p. 481. In cultis, ad saepes. Var. Spicul. aristatis.

a. glaucum, totum amoene glaucum, fol. planis, spiculis majoribus aristatis aut muticis. Lam. ill. 1. p. Cresc. cum antecedente.

β. *multiflorum*, altum totum viride, spicul. 8-floris subaristatis. In sylvula Meudon observata a cl. Richard. Spic. fere spithamaea. Fol. lata.

γ. *capillare*, spicul. subtrifloris, basi in pedicello flocculoso-villosis, aristis capillaribus glumis duplo fere longioribus. Passim in pratis provenit. Tener, sequenti affine.

9. *caninum*, cal. acuminatis subquinquenervibus 4-floris, floscul. aristatis, fol. planis, radice fibrosa. Smith. p. 159. Elymus *caninus*, spica nutante arcta, spicul. rectis involucro destitutis : infimis geminis. Lin. Willd. spec. 1. p 469. Moris. s. 8. t. 1. f. 2. Hab. ad saepes, in sylvaticis.

* *vaginans*, fol. vagina subventricosa spicam basi includente, spicul. 3-floris aristatis. Ex Americ. meridionali hoc gramen habeo.

10. *distichum*, calyc. quadrifloro glabro mutico, flor. distichis, fol. filiformibus. Thunb. prod. 23. Hab. ad Cap. b. spei.

11. *cristatum*, spicul. ovatis 6-8-floris muticis in spicam subtetragonam imbricatis. An Bromus cristatus? L. Willd. Sp. 1. p. 439.

12. *fragile*, spica tetragona, cal. 6-floris muticis subacutis, cor. obtusissimis, fol. radicalib. planis tomentosis, culmeis demum involutis, caule fragili. Roth. N. bot. Beytr. p. 138. Pluckn. alm. t. 33. f. 4. Hab.... Vagin. infimae densissime tomentosae. R. ♃

13. *nigricans*, spica 4-gona, glumis margine villosis (nigrescentibus), aristis longis. In Normandiae maritimis observavit cl. Bory. Secale aut Hordeum refert, spica subturgida.

14. *caudatum*, spica parva, aristis longissimis 4-plo breviore. Scheuchz. gram. 1. f. 4. ic. optima. Misit Dn. Schleicher, qui speciem hanc distinctam in Helvetia invenit, praeter Scheuchzerum a nemine descriptam. Glum. cal. brevius aristatae, corollinae vero aristae 2. unc. fere longae sunt.

15. *maritimum*, humile, calycib. multifloris, euscul. mucronatis, spica basi ramosa L. Vahl. symbol. 2. p. 26. Festuca lanceolata. Forsk. descr. 22. Bocc. mus. 2. p. 133. p. 95. Hab. in Galliae et Angliae maritimis. Fol. longitudine culmi vaginis purpurascentibus. L.

16. *lolioides*, spica elongata attenuata, spicul. ovatis distantibus: inferioribus pedunculatis. Lectum in ericetis prope Mans. Spica ultra spitham. longa, basi subcomposita. Color viridis.

17. *tenellum*, calyce subquadrifloro, flosculis muticis, acutis, fol. setaceis. Sp. pl 127. Hab. in Helvetia, Gallia.

199. LOLIUM. *Cal.* 1-phyllus, fixus, multiflorus. Spica simplex.

1. *perenne*, spica mutica, spiculis compressis multifloris. Leers. herb. t. 12. f. 1. Ubique vulgare.

β. *cristatum*, spiculis in capitulum disticne aggregatis; Scheuchz. Agrost? 2. Passim cum priore.

γ. *ramosum*, spica ramosa. Leers. l. c.

2. *tenue*, spica mutica tereti: spiculis trifloris. L. Sp. pl. 122. Hab. in Gallia, Germania et Helvetia. Var. prioris?

3. *temulentum*. spica aristata, spiculis compressis subsexfloris cal aequantibus. Lam. ill. p. 206. t. 48. f. 2. Culm. superne scabro. Sm. Flor. brit. 1. p. 150. Leers. t. 12. f. 2. Hab. in Europae agris. Cal. passim 2-glumis. ⊙

4. *multiflorum*, spica breviter aristata, spiculis compressis suboctodecimfloris, cal. triplo longioribus. Lam. l. c. Hab. passim inter segetes.

α. *compositum*, altissimum, racemo longissimo inferne composito, spicul. numerosis 16-20-floris subaristatis. Thuill. Paris. p. 62. In agris passim.

β. *arvense*, spica submutica; spicul. longitudine calycis, flosc. ellipticis, culm. glaberrimo. Smith. Flor. brit. 1. p. 150. Morison, s. 8. t. 2. f. 1. Hab. in Angliae et Scotiae et Germaniae agris. L. *temulento* minus et totum glabrum. Huc. L. *remotum*. Schrank. An diversum a L. *multifloro*?

5. *maximum*, calyce longitudine spiculae multiflorae compressae, flosculis summis aristatis. Willd. sp. 1. p. 462. Hab. in Jamaica an varietas prioris?

200. THUAREA. Flor. laterales, polygami: inferiores hermaphroditi. *Rachis* membranacea demum involuta, decidua. *Cal.* 2-florus, 2-valvis. *Cor.* 2-valvis, ovata, mutica.

1. *sarmentosa*. Culm. repens. Fol. disticha, tomentosa. Hab. in Madagascariae arenos., ubi speculiare hocce gramen ob spiculam, quae demum uti in Arach. *hypogaea* terram intrat, cum numerosis rarioribus aliis plantis observatum a Dom Aubert du Petit-Thouars mecumque cum charactere generico benevole communicatum.

201. SPINIFEX. Flor. polygami. *Cal.* biflorus, 2-valvis; valvulis rachi parallelis. *Cor.* 2-valvis, mutica.

1. *squarrosus*. Frutescens, fol. spinescentibus. Moris. s. 8. t. 8. f. 11. Hab. in India. Spica fere uti in Tritico.

TRIGYNIA.

202. ERIOCAULON. *Cal.* communis: capitulum imbricatum. *Petala* 3-6 æqualia. *Stamina* supra germen. *Caps.* 3-locularis.

1. *triangulare*, culmo triangulari, foliis ensiformibus, capitulo ovato. Willd. Sp. pl. p. 485. Breyn. cent. t. 50. Moris. hist. 3. p. 253. s. 8. t. 16. f. 17. Hab. in Brasilia.

2. *quinquangulare*, culmo quinquangulari, fol. ensiformibus, calyce universali pentaphyllo. Pluck. Alm. 366. t. 221 f. 7. Hab. in India. ♄

3. *sexangulare*, culmo sexangulari, fol. ensiformibus. Burm. ind. t. 9. f. 4. Hab. in India.

4. *setaceum*, culmo sexangulari, fol. setaceis. Rheed. mal. 12. t. 63. Hab. in India.

5. *decangulare*, culmo decangulari, fol. ensiformibus. Pluck. amalth. t. 409. f. 5. Hab. in Americae septentrionalis paludibus.

6. ***pubescens***, scapo subvilloso, fol. ensiformibus pubescentibus maximis, capitulo plano tomentoso. Lam. ill. gen. 1. p. 213. Hab. in India Madagascaria.

β? ***compressum***, culm. compresso tenuiter striato, cal. argenteo, capitulo superne plano tomentoso. Lam. l. c. Hab. in Carolina.

7. ***fasciculatum***, surculo brevi folioso, fol. patentibus, scapis plurimis fasciculatis pilosis. Lam. ill. p. 214. t. 50. Habit. in Guiana.

8. ***repens***, caule decumbente folioso, fol. ensiformibus recurvatis, scapis axillaribus solitariis. Willd. l. c. Lamark. encyc. 3. p. 264. t. 50. f. 2. Habit. in insula Borboniae.

9. ***umbellatum***, caule nudo umbellifero, involucro polyphyllo, radiis inaequalibus longissimis. Lam. l. c. t. 50. f. 4. Habit. in Guiana.

203. MONTIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

1. ***fontana.*** α. ***repens***, caule repente, fol. ovatis. β. ***erecta***, caule erecto fol. lanceolatis. Hab. ad scaturigines. ⊙

204. PROSERPINACA. *Cal.* 3-partitus, superus. *Cor.* o. *Nux* trilocularis.

1. ***palustris***, α. fol. lineari-lanceolatis imis inciso-serratis. β. fol. omnibus pectinato-pinnatifidis. Michaux, Flor. p. 76. Trixis. Mitch. Hab. in Virginiae paludibus.

205. HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Caps.* unilocularis, subcylindracea, apice dehiscens.

1. ***cordatum***, foliis subcordatis. Lin. Willd. Sp. 1. p. 488. Herm. parad. 11. t. 11. Hab. in Jamaica et Surinamo.

2. ***diandrum***, caulibus procumbentibus rigidioribus, fol. subrotundis, flor. diandris. Swartz. prod. 27.

3. ***succulentum***, fol. ellipticis carnosis. Amoen. acad. 3. p. 21. Hab. in Noveboraco.

4. ***hirsutum***, foliis orbiculatis hirsutis. Amoen. acad. 3. p. 21. Hab. in Malabaria.

5. ***umbellatum***, flor. umbellatis, petalis dentatis. Flor. dan. t. 1204. Hab. in arvis, graminosis. Vere. Tota glauca.

206. KOENIGIA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 1. ovatum, nudum.

1. ***islandica.*** Flor. dan. t. 418. Lam. ill. gen. t. 51. Hab. in Islandia. Facie Polycarpi. Caulis subsucculentus. Stipulae vaginales intrafoliaceae. Fol. quaterna. L.

207. POLYCARPON. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, minima, ovata. *Caps.* ovata, 1-locularis, 3-valvis.

1. ***tetraphyllum***, caule ramoso prostrato, foliis quaternis. Holosteum tetraphyllum. Thunb. prod. 24. Hab. in Italiae, Hispaniae, Istriae, Gal. Narbonensis vineis. ⊙

* ***diphyllum***, fol. oppositis orbiculatis. Cavan. Hisp. 2. p. 40. t. 151. f. 1. Hab. prope oppidum Puig, in Hispania. An praecedentis var?

2? ***stipulifidum***, erectum ramosissimum ramis setaceis, fol. spathulatis flor. terminalibus fasciculatis, stipulis setaceo-multifidis. *Stipulicida* setacea. Michaux, Flor. 1. p. 26. Hab. in Carolinae aridis sabulosis. Monogynum et diandrum.

Obs. An potius distinctum genus? cui adnumeranda Holosteum *cordatum* L. et *diandrum.* Swartz? quamvis capsula ovata 3-valvi conveniunt cum Polycarpis.

208. DONATIA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* polypetala. *Caps.* 3-locular. infera.

1. ***fascicularis***, Forst. char. gen. 5. t. 5. Willd. sp. 1. p. 491. Polycarpon *magellanicum.* Lin. suppl. 115. Hab. in Terra del Fuego, in rupestribus humidis, cespites densisimas formans.

209. MOLLUGO. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3-locularis, trivalvis.

1. ***oppositifolia***, foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. Pluck. alm. 21. t. 75. f. 6. Hab. in Zeylona.

2. ***stricta***, fol. subquaternis lanceolatis, flor. paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. Pluck. phyt. 21. t. 256. f. 2. Burm. zeyl. 31. t. 5. f. 3. Hab. in Africa. ⊙

3. ***hirta***, fol. quaternis obovatis villosis, caule decumbente. Willd. l. c. Thunb. pr. 24. Hab. ad Cap. b. spei. ⊙

4. ***pentaphylla***, fol. quinis obovatis aequalibus, florib. paniculatis. In Zeylona.

5. *verticillata*, fol. verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunc. unifloris. Pluck. mant. 9. t. 332. f. 5. Ehret. pict. t. 6. f. 3. Hab. in Virginia, in cultis. ⊙

6. *radiata*, caulib. procumbentibus radiatis, fol. obovatis acuminatis. Flor. peruv. 1. p. 48. Hab. in inundatis locis Conceptionis, Chile. Caul. plures.

210. MINUARTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Semina* nonnulla.

1. *dichotoma*, floribus confertis dichotomis. Loefl. it. 121. t. 1. f. 5. Willd. sp. 1. p. 492. Hab. in Hispania. ⊙

2. *campestris*, flor. terminalibus alternis bractea longioribus. Act. Stockh. 1758. t. 1. f. 3. Hab. in Hispaniae collibus planis. ⊙

3. *montana*, flor. lateralibus alternis bractea brevioribus. Loefl. it. 122. t. 1. t. 4. Hab. cum priore.

211. QUERIA. *Cal* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* 1.

1. *hispanica*, floribus confertis. Willd. p. 493. Q. bracteis patulis hamatis. Loefl. it. 48. Hab. in Hispania.

2. *canadensis*, flor. solitariis, caule dichotomo. Hab. in Canada, Virginia. Folia utrinque punctis fuscis. L. ♃

3. *trichotoma*, flor. racemosis, caule trichotomo. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 529. Rubia. Thunb. jap. p. 357. n°. 44. Hab. in Japonia. An hujus generis?

212. LECHEA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, linearia. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. valvulis totidem interioribus. *Sem.* 1.

1. *major*, *villosa*, fol. ovato-lanceolatis, flor. lateralibus vagis (fasciculatis) Amoen. acad. 3. p. 11. t. 1. f. 4. Lam. Ill. t. 52. f. 2. Menandra foliis alternis. Gron. virg. 2. p. 20. Hab. in Canadae et Carolinae aridis.

2. *minor*, fol. lineari-lanceolatis, florib. paniculatis. Amoen. acad. 3. p. 10. Lam. ill. t. 52. f. 1. Habit. in Canada, sylvis glareosis. ♃

* *thymifolia*, caul. erecto subaspero, ramis paniculatis, flor. foliato-fasciculatis. Michaux, Flor. I. p. 77. Habit. in Carolinae apricis. An a priore diversa?

3. *racemosa*, pubescens caul. erecto paniculato-racemuloso, fol. linearibus acutis ciliatis, racemulis sparsis nudis. Michaux, l. c. Menandra ramis ternis. Gronov. Virg. p. 21. In Virginia.

4. *tenuifolia*, humilis, caul. assurgentibus patulis, fol. subulato-linearibus, flor. alternis solitariis. Michaux, l. c. Habit in collib. sabulosis juxta amnem Santee. Caps. majusculae.

5. *verticillata*, fol. oblongo-ovatis serrulatis, flor. verticillatis, caule hispido. Willd. sp. 1. p. 495. In India orientali. Habitu Spermacocae. W. ♃

MONOGYNIA.

Galium trifidum. Pontederia limosa. Narcissus triandrus. Laurus triandra. Amaranthi nonnulli. Fagarae quaedam. Hirtella triandra. Juncus conglomeratus, effusus. Tradescantia multiflora. Sw. Rivina brasiliensis.

DIGYNIA.

Chenopodium triandrum. Ehrhartae species (gram.) etc.

TRIGYNIA.

Morаea s. Ixia gladiata Lin. Elatine triandra. Xantoxyli Species. Tillaea muscosa. Alsine.

TETRANDRIA.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

213. PROTEA. *Cor.* 4-fida s. 4-petala. *Anther.* lineares, insertæ petalis infra apicem. *Cal.* proprius o; (communis imbricatus). *Nux* 1-sperma, supera.

* *Pinnatæ : foliis pinnatis filiformibus.*

1. *decumbens*, foliis trifidis filiformibus. caule decumbente. Thunb. prod. 25. et Diss. acad. 2. Willd. Sp. pl. p. 58. Fol. simpliciter trifida secunda. Th.

Obs. In campis arenosis Cap. b. spei, ubi paucis specieb. exceptis, omnes sequentes crescunt, quae ♄ sunt.

2. *florida*, fol. trifidis filiformibus, caule erecto, capitulis solitariis bracteis obovallatis. Thunb. Diss. nº. 2. t. 1. f. 1. In Cap. b. spei montibus : Fransche Hoek.

3. *cyanoides*, fol. trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis solitariis nudis. Thunb. L. Mant. 188. Pluck. mant. t. 345. f. 6. Cor. intus purpurascens, extus tota lanata pilis longis densisque albis. Th.

4. *patula*, fol. trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis aggregatis. Cor. niveo-tomentosa.

5. *pulchella*, fol. bipinnatis glabris filiformibus, capitulis terminalibus clavatis aggregatis aphyllis bracteatis. Willd. l. c. p. 507. Sert. Hannov. 1, fasc. 2. p. 15. t. 7. Cav. ic. t. 550. Hab. in Nova Hollandia. Distincta capitulis verticillato-aggregatis in ramorum apice. W.

6. *sphaerocephala*, fol. bipinnatis filiformibus, pedunc. capitulis brevioribus, squamis calycinis ovatis basi villosis. Th.

7. *tridactylides*, fol. bipinnatis ; pinnulis lineari-cuneiformibus : ultima trifida, strobilis sphaericis solitariis terminalibus. Cav. ic. 6. t. 548. Hab. cum a sequentibus in N. Hollandiae sinu botanico, prope Jackson.

8. *acufera*, fol. pinnatis : pinnulis oppositis, strobilis sphaeroideis, cor. 1-petalis. Cav. l. c. p. 33. t. 549. Cor. flava uti in priore.

9. *dichotoma*, ramis dichotomis, fol. bipinnatis filiformibus glabris, strobilis in dichotomia solitariis conicis subsessilibus. Cav. l. c. 34. t. 551.

10. *Serraria*, fol. multifidis filiformibus hirtis, pedunc. capitulis longioribus, squamis calycinis ovato-lanceolatis hirtis. Th. Serraria foliis tenuissime divisis, floribus rubris apetalis. Burm. afr. p. 264. t. 99. f. 1. Var. fol. glabris.

11. *triternata*, fol. bipinnatis filiformibus glabris, pedunculis capitulis longioribus, squamis calycinis lanceolatis hirtis. Thunb. Caul. superne flexuosus sesquipedalis. Cor. lanata pilis argenteis. Th.

12. *glomerata*, fol. bipinnatis filiformibus, pedunculo communi elongato nudo, pedicellis capitulis longioribus. Thunb. Andrew. t. 264. Capitulum hemisphaericum.

13. *phylicoides*, fol. bipinnatis filiformibus, capitulis terminalibus solitariis lanatis. Thunb.

14. *Lagopus*, fol. bipinnatis filiformibus, capitulis spicatis aggregatis villosis. Thunb. Andrew. t. 243. Spic. villo densissimo albo distinctae.

15. *spicata*, fol. bipinnatis filiformibus, capitulis spicatis distinctis. Thunb. Andr. t. 234. Folia filiformia bipinnata pinnae 3 oppositae, apicis glandula oblonga flavesc. Th.

16. *Sceptrum*, fol. inferioribus bipinna-

tis, superioribus trifidis integrisque. Thunb. Protea Sceptrum Gustavianum. Sparm. Act. holm. ann. 1777. p. 55. t. 1. Hab. in summis montibus Hottentotts Holland.

*** Dentatae : foliis dentatis callosis.*

17. *crinita*, fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulis subternis terminalibus. Thunb. P. *criniflora*. Lin. suppl. 117.

18. *Conocarpa*, fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. Th. Pluck. alm. 212. t. 200. f. 2. Boerh. Lugd. B. 2. p. 196.

Obs. Var. caule glabro et villoso, fol. 7-dentatis, 5-dentatis, 3-dentatis et indivisis, Th.

19. *elliptica*, fol. ellipticis tridentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. Thunb. Cor. longae hirsutae. Th.

20. *Hypophylla*, fol. tridentatis glabris secundis, caule decumbente, capitulo terminali. Thunb. Boerh. Lugd. B. 2. t. 198. Hab. in campis sabulosis.

21. *cucullata*, fol. tridentatis glabris, capitulis lateralibus. Thunb. Boerh. l. c. t. 206. Hab. in campis arenosis, ad rivulos Cap. b. spei. Caulis nodulosus, tomentosus. Flor. flavescunt.

22. *tomentosa*, fol. tridentatis tomentosis. Thunb. Tota incano-tomentosa.

23. *heterophylla*, fol. tridentatis integrisque, caule decumbente. Thunb.

**** Acerosae : foliis filiformibus subulatis.*

24. *pinifolia*, fol. filiformibus, florib. racemosis ecalyculatis glabris. Thunb. Andrew. t. 76. In locis montosis.

25. *racemosa*, fol. filiformibus, flor. racemosis calyculatis tomentosis. Thunb.

Obs. Haec est unica hucusque nota species calyce unifloro; qua nota optime a P. *caudata* et *incurva* distinguitur. Thunb.

26. *incurva*, fol. filiformibus incurvis glabris, racemoso capitulis spicatis tomentosis, cal. 4-floro. Thunb. t. 3. f. 2.

27. *caudata*, fol. filiformibus hirtis, capitulis subsessilibus spicatis. Thunb. t. 2. f. 3. Cal. communis 4-phyllus 2-florus, raro uni-vel triflorus.

28. *bracteata*, fol. filiformi-canalicul. capitulo terminali. bracteis multifidis. Th. Diss. t. 1. f. 2. Boerh. Lugd. B. t. 193. Caulis pedalis simplex.

29. *comosa*, fol. inferioribus filiformibus, superioribus lanceolatis, capitulo terminali. Thunb. Caul. a foliorum casu nodulosus.

30. *purpurea*, fol. linearibus recurvatis, capitulis terminalibus cernuis, caule decumbente. Cor. ferrugineae minutae. Th.

31. *prolifera*, fol. lineari-subulatis adpressis, caule prolifero. Thunb. Hab. in summis montibus Hottentotts Holland.

32. *corymbosa*, fol. lineari-subulatis adpressis, ramulis verticillatis subfastigiatis. Thunb. Diss. t. 2. fig. 1. P. *bruniades*. Lin. suppl. 117. Hab. in campis sabulosis Cap. b. spei. Caulis quadripedalis, ramis subverticillato-aggregatis subfastigiatis. T.

33. *rosacea*, fol. lineari-subulatis, capitulo terminali, calyce colorato. Thunb. (P. *nana*). P. *rosacea*, flor. solitariis, radio calycino colorato patenti; fol. subulatis. L. Mant. 180. Petiv. gazoph. p. 40. t. 25. f. 7. Hab. in montibus Roode Sand Cap. b. spei. Calicis squamae interiores purpureo-coloratae. Cor. lana aurea extus tecta. Rosam referentibus floribus statim noscitur. Thunb.

34. *lanata*, fol. triquetris adpressis, capitulo terminali lanato. Thunb. Diss. t. 3. fig. 1. Cor. pilis argenteis tota lanata et barbata. Th.

***** Lineares : foliis linearibus.*

35. *torta*, fol. linearibus obliquis callosis. Thunb. prod. 26. Fol. medio latiora, torta, cartilagine apice subfusca. Wendl. Hort. Herrenh. p. 11. t. 1. 7.

36. *alba*, fol. linearibus sericeo-tomentosis. Thunb. Tota argenteo-tomentosa.

****** Lanceolatae : foliis ellipticis et lanceolatis.*

37. *aulacea*, fol. lineari-spathulatis glabris, flor. racemosis ecalyculatis. Willd. Sp. 1. p. 520. Thunb. Diss. t. 2. f. 2. Hab. in montibus Platte Kloof Cap. b. spei. Caul. 3-vel 4-pedalis. Antherae medio petali insertae spirales albae. Th.

38. *umbellata*, fol. lineari-spathulatis glabris, capitulis terminalibus, bracteis multifidis. Willd. l. c. Andrew. t. 248. Hab. in summitate montis tabularis. Nomen minus aptum. Caul. bipedalis.

39. *linearis*, fol. spathulatis glabris, capitulo terminali tomentoso. Willd. Th. Diss. t. 4. f. 2. In arenosis ad Parl et Drakenstein. Caul. quadripedalis ramosus. Cor. tubus compressus.

40. *cinerea*, fol. lineari-cuneiformibus sericeis, capitulo terminali sericeo. Ait. Kew. 1. p. 127. Willd. Sp. p. 521. Caul. bipedalis ramis verticillatis.

41. *Scolymus*, fol. lanceolatis acutis, capitulo terminali rotundo glabro. Th. Boerh. t. 192. In ericetis montis Tigridis, C. b. sp. Cor. purpurascens. Th. Cor. flavo-virens, dipetala quasi, e quibus unum discedit. Sert. hannov. t. 20.

42. *abyssinica*, fol. lanceolatis basi attenuatis obtusis, capitulo terminali hemisphaerico. Willd. p. 522. Bruce it. 5. app. p. 52. cum icone. Hab. prope Lamalmon in Abyssinia. Caulis 9-pedalis.

43. *mellifera*, fol. lanceolato-ellipticis, capituloque terminali oblongo glabris. Th. Wendl. Hort. Herrenhus. t. 13. P. *repens*, flor. solitariis : radio calycino lanceolato stricto resinoso, fol. lanceolatis. L. Mant. 189. Boerh. t. 187. Caul. arboreus orgyalis, ramosus. Capit. magnum ovato-oblongum viscosum.

44. *repens*, fol. lanceolato-ellipticis capituloque ovato glabris, caule decumbente brevissimo. Thunb. Boerh. t. 190. Caul. vix palmaris. Th.

45. *plumosa*, fol. lanceolato-cuneiformibus incanis, capitulo terminali oblongo, petalis inferne glabris, superne pilosis : pilis longissimis. Aiton Kew. 1. p. 127.

46. *obliqua*, fol. ellipticis glabris callosis obliquis, capitulo caulino terminali. Th. Caul. bipedalis. Fol. glandula terminali obliqua. β. *arcuata*, fol. spathulatis arcuatis laxis laevibus, ramis glabris proliferis, capitulis solitariis. Lam. ill. 234.

47. *parviflora*, fol. ellipticis obtusis callosis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. Thunb. Diss. t. 4. f. 1. Caul. ramosissimus ramis virgatis filiformibus. Th.

48. *pallens*, fol. lanceolatis basi attenuatis glabris acutis callosis, capitulo terminali involucrato, involucro longo pallido. Hort. Herrenhus. t. 19. Thunb. prod. 27. P. *pallens*, flor. ovatis involucratis epaleatis laevibus, fol. linearibus. L. Mant. 193. Boerh. t. 203. Ad Cap. b. spei in collibus arenosis. Caul. pedalis ramis divaricatis simplicibus.

Obs. Est mas Proteae coniferae auctoritate Massonii. Willd. p. 525.

49. *conifera*, fol. lanceolatis basi attenuatis glabris acutis callosis, capitulo terminali involucrato, involucro longo acuto concolore. Thunb. Hort. Herrenhus. t. 20.

50. *Levisanus*, fol. obovatis obtuse acuminatis imbricatis glabris, caule piloso, capitulo involucro obtuso longiore. Willd. Sp. p. 526. Thunb. prod. 27. Levisanus capensis serpyllifolio. Petiv. gazoph. 9. t. 5. f. 7. Wendl. Hort. Herrenh. t. 1. Hab. in campis arenosis. Caul. pedal.; capit. flavum.

51. *strobilina*, fol. elliptico-oblongis retuso-callosis capituloque terminali glabris. Thunb. Sert. hannov. 1. p. 7. tab. 1.

52. *imbricata*. fol. lanceolatis glabris striatis imbricatis, capitulo terminali. Th. Diss. t. 5. f. 2. Wendl. Hort. Herrenh. t. 14. Capitula in ramis terminalia. Cor. extus lana flavescente tota tecta. Th.

53. *sericea*, fol. lanceolatis sericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. Th. Cor. luteo-tomentosa. Th.

54. *saligna*, fol. lanceolatis sericeis, caule fruticoso, capitulis oblongis involucratis. Thunb. Pluck. Mant. t. 229. f. 4.

55. *argentea*, fol. lanceolatis argenteo-tomentosis ciliatis, caule arboreo, capitulis globosis. Thunb. Folia nitidissima argentea.

****** *Oblongae : foliis oblongis, ovatis.*

56. *acaulis*, fol. oblongis capituloque globoso glabris, caule decumbente brevissimo. Thunb. Boerh. t. 191.

57. *myrtifolia*, fol. oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. Caul. tripedalis. Fol. apice glandulosa, basi obliqua.

58. *grandiflora*, fol. oblongis venosis capituloque hemisphaerico glabris, caule arboreo. Thunb.

59. *glabra*, fol. oblongis aveniis capituloque hemisphaerico glabris, caule fruticoso. Thunb.

60. *formosa*, fol. lanceolatis pubescentibus, caule villoso, capitulo hemisphaerico, (aurantio.) Andrew. t. 17.

61. *speciosa*, fol. oblongis glabris, capitulo oblongo, squamis calycinis apice barbatis. Thunb. Andrew. t. 103. β. *nigra* calyc. interiorib. apice incurvatis barbatis nigris. Capit. obovatum. Squam. calycinae : rubrae, sub apice villo longo nigro barbatae. : γ *rubra*. Andr. t. 270. δ. *latifolia*, fol. ovatis rubro-marginatis, squamis calycinis apice incurvis incarnatis. Andrew. t. 110. Capit. rotundum. An diversa species?

62. *longifolia*, fol. sublinearibus basi angustis obliquis, squamis calycinis interioribus lanceolatis erectis, capitulo longo cylindrico. Andrew. t. 132.

β. *ferruginoso-purpurea*, capitulo subgloboso. Andrew. t. 133.

γ. *turbinata*, capit. turbinato. Andrew. t. 144. Flor. plumis atropurpureis. A.

63. *Totta*, fol. ovatis glabris callosis capitulo ovato, corol. cylindricis hirtis. Th.

* *venosa*, fol. ovatis nudis venosis imbricatis, ramis villosis, capitulis pluribus subterminalibus. Lam. ill. p. 234.

64. *longiflora*, fol. ovato-ellipticis nudis imbricatis subsessilibus, ramis villosis, capitulo oblongo. Lam. l. c. Boerh. t. 193?

65. *chamaelea*, fol. lanceolatis obtu iusculis basi attenuatis nudis, capitul. terminalibus glabris involucratis. Lam. p. 237. Breyn. cent. t. 9?

66. *hirta*, fol. ovatis glabris, florib. lateral. Th. Boerh. t. 194. Hab. in campis infra Taffelberg. Caul. villosus tripedalis.

67. *pubera*, fol. ovatis capitulisque terminalibus tomentosis. Thunb. Habit. in summis montibus Houtentotts Holland. Fol. elliptica, breviuscula. Caulis bipedalis. Var. fol. ovatis et oblongis. Thunb.

68. *divaricata*, fol. ovatis hirtis, capitulis terminalibus, ramis divaricatis. Th. P. dichotoma. Lam. Caul. pedalis, flexuosus. Capit. fol. obvallatum.

******* *Rotundatae : fol. subrotundis.*

69. *spathulata*, fol. spathulatis subcucullatis glabris. Thunb. Diss. t. 5. f. 3.

*. *concava*, fol. ovalib. concavis imbricatis subsessilibus, ramis villosiusculis, capitulis aggregatis. Lam. ill. gen. p. 234.

70. *Cynaroides*, fol. subrotundis petiolatis glabris. Thunb. Boerh. t. 184. Hab. ad Cap. b. spei in summitatibus montium. Caul. rugosus simplex vix pedalis. Capitul. magnitudine fere capitis infantis.

60. *provinciale*, fol. 6-8 linearib. rigidis margine scabris, panic. parvis terminalibus. Lam. l. c. Hab. in Gallia australi et Italia.

61. *divaricatum*, fol. subsenis linearibus hispidis, ramis divaricato-dichotomis. Lam. l. c. Hab. in Galliae arenosis et petrosis.

62. *tunetanum*, caul. tereti canescente, fol. 8-12 linearib. pubescentibus margine revolutis asperis, sem. hispidis. Desf. Atl. 1. p. 129. Lam. ill. p. 263. Hab. in Algeria in sepibus. Facies G. *veri*. L.

63. *ruthenicum*, fol. suboctonis linearibus scabris mucronatis, margine revolutis, caule pubescente, pedunculis germinibusque hirtis. Willd. 1. p. 597. Hab. ad Wolgam inferiorem. ♃. Facie et magnitudine G. lutei. Flores albidi. W.

64. *Aparine*, fol. octonis lanceolatis carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis. Flor. dan. 495. In Europae cultis et ruderatis, ad saepes. ☉

65. *aparinoides*, fol. senis oblongis margine carinaque retrorsum aculeatis, geniculis glabris. Vahl. symbol. 2. p. 30. Forsk. descr. p. 30. Hab. in umbrosis Arabiae.

66. *album*, fol. suboctonis oblongis inermibus margine scabris, caule pubescente herbaceo laevi. Vahl. l. c. Hab. Smyrnae.

67. *microcarpum*, fol. subsenis; inferioribus oblongis, superioribus setaceis, pedunc. trifidis. Vahl. symb. Hab. in montosis aridis Tuneti, rarius in Hispania. Simil. G. parisiensi.

68. *parisiense* (*tenerum*), fol. linearibus subsenis cauleque scabris, pedunc. bifloris, fructibus hispidis. Gallium parisiense tenuifolium, flore atropurpureo? Tournef. G. *anglicum*. Huds. Smith. brit. 1. p. 179. Raj. angl. 3. t. 9. f. 1. Hab. in Anglia Hispania, Helvetia, Gallia, in arenosis.

**** *Fructu villoso.*

69. *pilosum*, fol. quaternis subovalibus pilosis enerviis, seminib. pilosis. Ait. Kew. 1. p. 145. In Amer. boreali.

70. *maritimum*, caule hirto, fol. quaternis hispidis, pedunc. unifloris, fructibus villosis. Gouan. illust. 5. Hab. in Oriente, Monspelii.

71. *graecum*, hirtum, fol. subsenis lineari-lanceolatis, caul. lignosis. L. Hab. in Cretae rupibus. ♄. Caules varie flexi, tortuosi, lignosi.

72. *capillare*, caul. tenui 4-gono, fol. octonis, fructu minimo albo-tomentoso. Cav. ic. 2. p. 73. t. 191. f. 1. Hab. in Hispaniae monte St. Michaelis et in colle Montana verda. Cor. rubens. ☉

VALANTIA.

242. VALANTIA. Flor. polygami. *Hermaphr. Cal.* o. (subinteger. Juss.) *Cor.* 4-fida. *Styl.* 2-fidus. *Sem.* 1: altero sæpius abortivo. *Flor. Masculini. Cor.* utplurimum trifida, et 3-4-andra: pistillo abortivo. (Fol. an Bracteæ? post anthesin reflectuntur et fructum obtegunt.)

1. *Cruciata*, fol. quaternis ovatis hirsutis, pedunc. lateralibus diphyllis, flor. masculis ut plurimum 4-fidis. Lin. Gal. cruciatum. Smith. brit. 1. p. 173. Sowerb. engl. bot. t. 143. Hab. ad saepes, in sylvaticis. ♃

2. *glabra*, flor. masculis 4-fidis, pedunc. dichotomis, fol. 3-nerviis ovalibus ciliatis. Scop. carn. p. 344. Schkuhr. Handb. t. 345. Hab. in Carinthiae, Italiae et Ungariae umbrosis. Priore tenerior, et fere glabra. ♃.

3. *articulata*, flor. masc. 4-fidis, pedunc. dichotomis aphyllis, flor. cordatis. Hort. ups. p. 303. Hab. in Aegypto, Syria et Mauritania. Fructu maturo, caulis ad articulos discedit. L.

4. *muralis*, tota glabra, flor. masculis trifidis, fructu laevi. Moris. s. 9. t. 29. f. 2. Col. ecphr. 1. p. 298. t. 297. Hab. in Galliae meridionalis et Italiae muris. ⊙

5. *hispida*, flor. masc. trifidis, caul. fructibusque hispidis. Lin. In Europa australi.

6. *Aparine*, pedunc. trifloris, flore intermedio sessili, lateralibus masculis trifidis subpedicellatis, fructu tuberculato. Vaill. paris. t. 4. f. 3. b. Cresc. passim inter segetes. Facies Galii Aparines. Caul. scaber. Fol. antrorsum aculeata. Roth. ⊙

7. *spuria*, pedunc. trifloris, flor. omnibus pedicellatis, fructu (majusculo) granulato reflexo, caul. decumbente simplici aculeato. Galium *spurium* auct. G. tricorne. Smith. Valantia tricornis. Roth. N. Bot. Beytr. p. 142. Vaill. paris. t. 4. f. 3. a. a. In agris frequens. Fol. retrorsum aculeata.

8. *cordata*, fructibus subrotundis bractea lata cordata obtectis. Hab.... Sub sequentis nomine passim occurrit.

9. *Cucullaria*, caul. ramosissimo multifloro, bract. pedicellatis ovatis fructum lineare involventibus. Buxb. cent. 1. p. 13. t. 19. f. 2. Hab. in Hispania et Oriente.

Obs. Ob fructus formam peculiare hac ex specie constitui meretur genus.

243. CRUCIANELLA. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis: tubo filiformi; limbo unguiculato. *Cal.* 2-phyllus. *Sem.* 2, linearia.

1. *angustifolia*, erecta, fol. senis linearibus, floribus spicatis. Lin. Hab. Monspelii

2. *latifolia*, procumbens, fol. quaternis lanceolatis, floribus spicatis. Lin. C. priore.

3. *aegyptiaca*, fol. quaternis sublinearibus; flor. spicatis quinquefidis. Mant. Hab. in Aegypto. ⊙

4. *patula*, diffusa, fol. margine revolutis, bracteis lineari-subulatis scabriusculis, flor. sparsis. Will. sp. pl. 602. Hab. in Hispania. ⊙

5. *pubescens*, erecta, fol. subsenis linearibus pubescentibus, capitulis pedunculatis axillaribus et terminalibus. Willd. l. c. Hab. in Creta. Cor. purpurascentes pube tenui tectae. W.

6. *maritima*, procumbens suffruticosa, fol. quaternis mucronatis, florib. oppositis quinquefidis. Lin. In Creta et Monsp.

7. *capitata*, procumbens suffruticosa, fol. senis sublinearibus, flor. capitatis quinquefidis. Billardiere icon. pl. Syr. Decas. 1. p. 12. t. 3. Hab. in Monte Libano. Flores atri, capitati.

8. *monspeliaca*, procumbens, fol. acutis: caulinis quaternis ovatis; rameis linearibus, flor. spicatis. Lin. Hab. Monspelii, inque Palaestina. ⊙

244. RUBIA. *Cor.* 1-petala, campanulata, 4-5-fida. Baccæ 2, monospermæ. (Stam. 4-5.)

1. *tinctorum*, fol. lanceolatis subsenis annuis, caule aculeato scandente. β. *sylvestris*, fol. inferioribus senis, superne quaternis binisve, utrinque asperis. Mill. Hab. Monspelii, in Italia, Helvetia, Danubii pratis. Flor. 4-5 fidi.

2. *acaliculata*, caul. laevi hexagono, fol. petiolatis ovato-lanceolatis retrorsum aculeatis. Cav. ic. 2. p. 75. t. 195. Hab. in Madras. Fl. Dec. Cor. 5-partita. Stam. 5. Cal. o, uti in quibusdam aliis. ♃

3. *chilensis*, fol. annuis quaternis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, caule laevi. Willd. p. 604. Molin. chil. p. 118. An Galium croceum. Flor. Per. Feuill. peruv. 85. t. 45. Hab. in regno chilensi. ♃

4. *peregrina*, fol. subquaternis perennantib. linearibus supra laevibus, caul. aspero. R. tinctorum. Wither. Moris. sect. 9. t. 21. f. 2. Hab. in Gallorum Monte Pilati,

Lugduni, Nicaeae, inque Anglia, Russia. Flor. 5-fidi et stam. 5. Sm. ♃

5. *lucida*, fol. perennantibus (4-6) ellipticis lucidis, caule laevi. Hab. in Majorca. Similis R. peregrinae, sed folia margine tantum retrorsum scabra, non vero carina. Flor. 5-fidi. Stig. 2, capitata.

6. *fruticosa*, fol. perennantibus ellipticis margine carinaque aculeatis, caule frutescente aspero. Ait. Kew. 1. p. 147. Jacq. ic. rar. 1. t. 25. Collect. 1. p. 71. Habit. in fruticetis Teneriffae. ♄

7. *angustifolia*, fol. perennantibus linearib. supra scabris, caul. diffuso. Mant. p. 39. Lam. ill. gen. t. 60. f. 2. Hab. in Minorca. Flores lutei, 5-fidi.

8. *cordifolia*, fol. perennantibus quaternis cordatis. Pall. itin. 3. app. n°. 68. t. L. fig. 1. Hab. in Maiorca, Cap. b. spei, Sibiria, China, Japonia. ♃

9. *Brownei*, subhispida, fol. quaternis ovalibus, pedunculis solitariis uniflor. Mich. Fl. 1. p. 81. Brown. jam. p. 141. Valantia hypocarpia. Lin. Hab. in Carolinae umbrosis.

245. MATTUSCHKÆA. *Cal.* 4-partit. *Cor.* infundibulif. 4-fida. *Sem.* 4, nuda.

1. *hirsuta*. Willd. sp. 1. p. 606. Vahl. symbol. 3. p. 11. Perama hirsuta. Aubl. gujan. 1. p. 54. t. 18. Lam. ill. t. 68. Hab. in Gujanae locis humidis arenosis. ⊙

246. SIPHONANTHUS. *Cor.* 1-petala, infundibulif. longissima, infera. *Cal.* 5-partitus. *Baccæ* 4, monospermæ.

1. *indica*. Willd. sp. 606. S. salicis folio, flore flavescente. Amm. Act. petrop. Lam. ill. p. 318. t. 79. f. 1. Hab. in America meridionali. Racemus terminalis.

247. ROUSSEA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* campanulata, 4-fida, infera: lacin. revolutis. *Bacca* 4-angularis polysperma.

1. *simplex*. Smith. icon. ined 1. p. 6. t. 6. Hab. in insula Mauritii. ♄

248. FRŒLICHIA. *Cal.* superus 4-dentatus. *Cor.* tubulosa. *Bacca* 1-sperma exsucca. *Semen* arillatum.

1. *paniculata*. Willd. sp. 1. p. 607. Billardieria paniculata. Vahl. eclog. 1. p. 13. t. 10. Hab. in insula Trinitatis. ♄

249. SCOLOSANTHUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* tubulosa, limbo revoluto. *Drupa* monosperma.

1. *versicolor*. Willd. l. c. Vahl. eclog. 1. p. 11. t. 10. Catesbaea parviflora. Lam. ill. t. 67. f. 2. Hab. in insula St. Crucis. ♄

250. CATESBÆA. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis, longissima supera. *Stam.* intra faucem. *Bacca* polysperma, bilocularis.

1. *spinosa*, cor. tubo longissimo baccis ovalibus. C. longiflora. Swartz. Catesb. carol. 2. p. 100. t. 100. Hab. in insula Providentiae. ♄

2. *parviflora*, cor. tubo tetragono abbreviato, baccis subrotundis. Swartz. Vahl. eclog. 1. p. 12. Sloan. hist. 2. p. 100. t. 207. f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

251. IXORA. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis longa. *Stam.* supra faucem. *Stigm.* 2-fidum crassum. *Bacca* 4-sperma.

1. *coccinea*, fol. sessilibus ellipticis obtusis mucronatis, corymbis terminalibus. Willd. sp. 1. p. 609. Burm. zeyl. 125. t. 57. Rumph. amb. 4. p. 105. t. 46. Rheed. mal. 2. p. 17. t. 13. Hab. in India. Caulis ruber. ♄

2. *parviflora*, fol. subsessilibus lanceolato-oblongis, panicula terminali. Vahl. symbol. 3. p. 11. t. 52. Cum priore.

3. *alba*, fol. ovato-lanceolatis, florib. fasciculatis. Pluck. alm. Rheed. mal. 2. p. 19. t. 14. In India. ♄

4. *Pavetta*, fol. ovato-lanceolatis undulatis obtusis petiolatis, flor. corymbosis. Andrew. t. 78. Hab. in India. Flor. odorati, lutescentes.

5. *ternifolia*, fol. ternatis lanceolatis subsessilibus, flor. fasciculatis coccineis. Cav. ic. 4. p. 3. t. 305. Hab. in Nova Hispania.

6. *americana*, fol. ternis lanceolato-ovatis, flor. thyrsoideis. Amoen. acad. 5. p. 393. Hab. in Jamaica. ♄

7. *fasciculata*, fol. ovato-ellipticis, ramulorum subfasciculatis, pedunculis filiformibus subtrifloris. Swartz. prodr. 30. Chomelia fasciculata. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 238. Hab. in Jamaica. ♄

8. *multiflora*, fol. lanceolato-ovatis fasciculatis, pedunc. aggregatis unifloris brevis-

simis, bacca monosperma. Swartz. prod. 30. Hab. in Jamaica. ♄

Obs. An hujus quoque generis Lonicera corymbosa L.? Limites inter hoc et sequens genus non satis distincti extant. Ambo hinc a cel. Lamarckio conjunguntur. Vid. ill. gen. p. 285.

252. PAVETTA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* incrassatum, curvum. Lin. *Bacca* 1-locularis, 1-2-sperma.

1. *amplexicaulis*, glabra, fol. amplexicaulibus ovalibus, corol. laciniis acute lanceolatis. Hab. in India orientali.

2. *indica* (obtusa), fol. subspicatis obovalibus, cor. laciniis rotundatis. C m priore, quacum saepius confunditur. De Pavetta indica L. vide. Willd. sp. 1. p. 128. Ixora paniculata. Lam. ill. p. 205? ♄

3. *villosa*, ramis calycibusque villosis incanis, fol. lanceolato-ellipticis, floribus fasciculatis. Vahl. symbol. 3. p. 12. Hab. in Arabia felici. ♄

4. *longiflora*, ramis glabris, fol. lanceolato-ellipticis, stipulis intus pilosis, calycibus quadrifidis, flor. fasciculatis. Vahl. symb. 3. p. 12. Ixora occidentalis. Forsk. Hab. in Arabia felici. ♄

5. *caffra*, fol. obovatis, flor. subumbellatis, calycibus setaceo-aristatis. Thunb. pr. 29. Lin. suppl. 121. Crinita capensis. Houttuyn. t. 40. f. 1. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

6. *pentandra*, fol. oblongo-lanceolatis acuminatis, panic. trichotoma axillari, flor. pentandris. Willd. p. 611. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 233. Plum. ic. t. 156. f. 1. Hab. in India occidentali. Flor. suaveolentes. ♄

253. ERNODEA. *Cor.* 1-petala hypocrateriformis. *Cal.* 4-5-partitus. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* solitaria.

1. *littoralis*, fol. lanceolatis 5-nerviis, floribus sessilibus. Lam. ill. p. 276. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 223. t. 4. Sloan. hist. t. 189. f. 1. et 2. Hab. in Jamaica, in Insul. Carib. ♄

2. *pungens*, fol. lanceolatis rigidis multinerviis mucronato-pungentibus, flor. pedunculatis. Lam. l. c. Hab. in Amer. meridionali. Cal. 5-fidus.

Obs. An Ernodeae cum sequente genere potius ad Ixoras aut Pavettas pertinent? Plura haecce Rubiacea genera, inter se nimis affinia, in *vivis* denuo accuratius examinari debent, quo characteres firmiores eruantur.

254. SIDERODENDRUM. *Cor.* tubulosa. *Cal.* 4-dentatus. *Stigm.* 2, revoluta. *Bacca* dicocca 2-locul. *Sem.* solitaria.

1. *triflorum.* Vahl. eclog. 1. p. 10. Jacq. amer. 19. t. 175. f. 9. Pluck. alm. 346. t. 224. f. 2. Hab. in sylvis montosis Martinicae et Monserrat. Arbor procera. Cor saepe mutatur in folliculum oblongum forte ab insecto quodam. V. ♄

255. HOFFMANNIA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, 4-partita, tubo brevisimo. *Filam.* 0. *Anth.* conniventes. *Bacca* bilocularis polysperma infera.

1. *pedunculata.* Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 242. Hab. in Jamaica. ♃

256. CHOMELIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* hypocrateriformis 4-partita. *Drupa* infera nuce 2-loculari. *Stigm.* 2, crassiuscula.

1. *spinosa.* Jacq. amer. 18. t. 13. Hab. in Carthagenae sylvaticis. Arbor ramis horizontalibus. ♄

257. PETITIA. *Cal.* 4-dentatus inferus. *Cor.* 4-partita. *Drupa* nuce 2-loculari.

1. *domingensis.* Jacq. amer. 14. t. 182. f. 6. Hab. in Domingo sylvaticis. Arbuscula ramis tetragonis striatis. ♄

258. MYONIMA. *Cal.* minimus subinteger. *Cor.* 4-partita tubo brevi. *Drupa* nuce 5-locul. 4-sperma.

1. *obovata*, foliis obovatis acuminatis. Willd. sp. 1. p. 614. Lam. encyclop. t. 68. f. 1. Hab. in insula Borbonia. ♄

2. *lanceolata*, fol. lanceolatis Willd. Lam. t. 68. f. 2. Hab. in insula Borbonia. ♄

259. PYROSTRIA. *Cal.* minimus sub 4-dentatus. *Cor.* campanulta 5-fida fauce tomentosa. *Drupa.* pyriformis infera, 8-striata. *Nuces* 8, monospermæ.

1. *salicifolia.* Pyrostria Lam. t. 68. f. 4. Hab. in insula Mauritii. ♄

260. MELANEA. *Cal.* 4-dentatus.

Cor. infundibuliformis, 4-fida. *Drupa* infera nuce 2-locul. *Stylus* 2-fidus.

1. *sarmentosa.* Cunninghamia: caule scandente; fol. oppositis obovatis obtusis subtus tomentosis. Willd. sp. 1. p. 615. Melanea sarmentosa. Lam. encyc. 3. p. 658. t. 66. f. 2. Aubl. guj. 1. p. 105. t. 41. Hab. in Gujana. ♄

2. *verticillata*, caule erecto, fol. ternis glabris oblongis acuminatis. Willd. l. c. Lam. t. 66. f. 1. Antirhea borbonica. Gmel. Juss. Hab. in insulis Mauritii et Borbonia. ♄

261. ÆGIPHILA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Styl.* filiformis semibifidus. *Bacca* 2-locularis: loculis 2-spermis.

1. *martinicensis*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis glabris, ramis diffusis, panic. terminalibus axillaribusve, calycib. glabris. Swartz. prod. 151. Jacq. obs. 2. p. 3. t. 27. Lam. ill. gen. t. 70. f. 1. In Martinica ad sylvarum margines. ♄

2. *arborescens*, fol. ellipticis acuminatis glabris planis, corymb. axillaribus, cal. ramisque incanis. Vahl. ecl. 1. t. 10. Manabea. Aubl. t. 24. Hab. in Gujana et ins. Trinitatis. ♄

3. *villosa*, corymb. axillaribus terminalibusque, fol. ellipti o-lanceolatis subtus pedunc. calicibusque villosis incanis. Vahl. l. c. Manabea. Aubl. p. 62. t. 23. In Cajennae campis aridis. Priori affinis. ♄

4. *laevis*, fol. ovatis acuminatis glabris, cymis capitatis tripartitis axillaribus, fructibus oblongis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 66. t. 25. Aeg. lutea. Lam. ill. t. 70. f. 3. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

5. *foetida*, fol. ovato-lanceolatis, subtus petiolisque hirsutis, pedunculis axillaribus solitariis. Swartz. prod. 32. Hab. in Jamaica. ♄

6. *trifida*, fol. ovato-lanceolatis glabris, pedunculis axillaribus trifidis confertis. Sw. prod. 32. Hab. in Jamaica. ♄

7. *multiflora*, fol. oblongis, flor. axillaribus. Flor. Per. 4. p. 50. t. 76. Hab. in Peruvia ad fluviorum margines. Frutex ligno durissimo, et Corni habitu.

262. NUXIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 1-petala, 4-fida. *Stam.* in fauce. *Stigm.* truncatum. *Caps.* carnosa, disperma. Lam.

1. *verticillata*, fol. ternis verticillatis. Lam. ill. gen. t. 71. Hab. in ins. Borbonia.

2? *elata*, fol. ellipticis acuminatis submembranaceis oppositis. Aegiphila elata. Swartz. Flora 1. p. 254. Brown. Jam. t. 3. f. 3. Incolit fruticeta Jamaicae. Stam. exserta. Pistill. abbreviatum. Sw.

263. MITCHELLA. *Cor.* 1-petalæ superæ, binæ eidem germini. *Stigm.* 4. *Bacca* bifida, 4-sperma.

1. *repens.* Chamaedaphne. Mitch. gen. 27. Pluck. amalth. 198. t. 444. f. 2. Catesb. carol. 1 p. 20. t. 20. Hab. in Carolina, Terra Mariana, Virginia. ♄

264. COCCOCYPSILUM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Stylus* semibifidus. *Bacca* inflata, 2-locularis, polysperma. *Sem.* lentiformia, libera.

1. *repens*, caule herbaceo repente, foliis ovatis, flor. confertis axillaribus sessilibus, Willd. sp. 1. p 618. Swartz. prod. 31. Brown. jam. 144. t. 6. f. 2. Hab. in montosis Jamaicae. ♃

2. *Condalia*, caul. herbaceo repente, fol. ovatis acutis, flor. umbellatis. Condalia repens. Flor. peruv. 1. p. 54. t. 84. Hab. in Peruviae nemorosis.

3. *lanceolatum*, caul. herbaceo radicante, fol. lanceolatis integerrimis, pedunc. multifloris. Fl. Per. l. c. Sub Condalia. Cum priore in umbrosis.

4. *sessile*, caul. erecto suffruticoso, fol. oblongis acutis, flor. sessilib. congestis axillaribus. Fl. Per. I. p. 54. Sub Condália.

5. *obovatum*, caul. erecto suffruticoso, fol. obovatis acuminatis, pedunc. aggregatis, flor. racemosis. Fl. Per. l. c. In nemoribus Andium ad Chinchao montes.

6. *uniflorum*, caule erecto fruticoso, fol. obovatis acuminatis, pedunculis axillaribus unifloris, stigmatib. capitatis. Willd. Fernelia buxifolia β. Lam. encycl. 2. p. 448. t. 67. f. 1. Hab. in ins. Mauritii. ♄

7. *biflorum*, caule erecto fruticoso, fol. ovatis acutis, pedunculis axillaribus bifloris, stigmatibus subulatis. Willd. Fernelia buxifolia α. Lam. enc. 2. p. 448. t. 67. f. 2. Hab. in insula Borbonia.

265. GONZALEA. *Cal.* campanulatus, 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Drupa* nuces 4 polyspermas includens.

1. *pendula*, fol. ovatis subcrenatis, ra-

mis pendulis. *Gonzalagunia* dependens. Flor. Per. 1 p. 56. t. 86. Hab. in Serunaë nemoribus. Cor., etiam sequentis, subtomentosa rubella. ♄

2. *panamensis*, fol. ovato-lanceolatis integerrimis, stigm. 4-fido. *Buena*. Cav. ic. 6. p. 50-51. t. 571. Hab. in Panama. ♄

266. HIGGINSIA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infundibuliformis : limbo 4-partito. *Stigma* 2-labiatum prominens. *Bacca* bilocularis, bisulca, umbilicata, polysperma.

1. *aggregata*, fol. oppositis lanceolatis, pedunc. aggregatis verticillatis. Flor. Per. 1. p. 55. t. 83. f. b. Hab. in Peruviae nemoribus. ♄

2. *obovata*, fol. oppositis obovatis acuminatis, pedunc. aggregatis multifloris inaequalibus. Flor. Peruv. p. 56. t. 85. Cresc. in provincia Panatahuarum locis umbrosis. ♄

3. *verticillata*, fol. ternis lanceolatis, pedunc. solitariis dependentibus subquadrifloris. Flor. Per. 1. p. 55. t. 85. f. a. In Muna nemoribus per runcationes. ♄

Obs. An hujus generis *Bertiera*. Aubl.? vid. Willd. sp. 2. p. 980.

267. WALLENIA. *Cal.* 4-fidus, inferus, laciniis obtusis. *Cor.* tubulosa, 4-fida : lacin. erectis. *Bacca* 1-sperma.

1. *laurifolia*. Swartz. Flor. 1. p. 248-249. t. 6. Bryonia nigra fruticosa, fol. laurinis. Sloan. hist. 2. 234. t. 145. f. 5. Hab. in Jamaica, Hispaniola. ♄

268. CALLICARPA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma.

1. *americana*, foliis ovalibus serratis subtus tomentosis, cymis sessilibus. Lam. encycl. 1. p. 556. Pluck. alm. 33. t. 136. f. 3. Catesb. carol. 2. p. 47. t. 47. Hab. in Carolina, Virginia. Cal. cylindricus, vix quadridentatus. ♄

2. *cana*, fol. ovatis denticulatis per petiolum semidecurrentibus, subtus villosocanis, paniculis dichotomis. Vahl. symb. 3. p. 12. Retz. obs. 5. p. 1. Hab. in Malabaria, Cochinchina. ♄

3. *lanata*, fol. ovatis basi rotundatis integerrimis subdenticulatis, supra rugosis subtus ramisque lanato-tomentosis. Vahl. l. c. p. 13. C. tomentosa. Lin. Hab. in India. ♄

4. *macrophylla*, fol. lanceolato-ellipticis crenatis attenuatis, supra rugosis, subtus ramisque tomentoso-incanis. Vahl. p. 13. t. 53. Hab. in India. ♄

5. *globiflora*, fol. oblongo-lanceolatis dentato-serratis integerrimisque, cymis dichotomis. Flor. Per. 1. p. 49. t. 77. Hab. in Chinchao nemoribus. ♄

6. *cordifolia*, fol. cordatis ovatisque acutis integerrimis, cymis brachiatis. Flor. Peruv. 1. p. 50. t. 77. f. a. Cresc. in Munna nemorib. Hirsuta. ♄

7. *ferruginea*, fol. lato-lanceolatis serratis subtus scabriusculis, cymis terminalibus axillaribusque. Swartz. prod. 31. Hab. in Jamaica. ♄

8. *reticulata*, fol. elliptico-lanceolatis subserratis reticulato-nervosis, subtus tomentoso-incanis. Swartz. prod. 61. Flor. 1. p. 252. Hab. in Jamaica. ♄

9. *longifolia*, fol. lato-lanceolatis utrinque glabris, superne serratis. Vahl. symb. 3. p. 13. Lam. encyc. p. 556. t. 69. f. 2. Hab. ad Malaccam. ♄

10. *integrifolia*, fol. ovatis acutis integerrimis, subtus subtomentosis, racemis densis axillaribus et terminalibus, tubo corollae calyce quadruplo longiore. Willd. p. 621. Jacq. amer. 15. tab. 173. f. 7. Hab. in sylvaticis Carthagenae. ♄

11. *villosa*, fol. oblongo-ovatis integerrimis, subtus venoso-reticulatis villosis, racemis axillaribus, pedic. multifloris. Vahl. symbol. 3. p. 14. Habit. in India orientali.? ♄

12. *japonica*, fol. oblongis acuminatis medio serratis glabris. Willd. Thunb. jap. 60. Hab. in Japonia. ♄

269. AQUARTIA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* rotata : laciniis linearibus. *Bacca* polysperma.

1. *aculeata*, foliis repandis tomentosis. Willd. p. 621. Jac. amer. 15. t. 12. Lam. ill. t. 82. f. 1. Hab. in Amer. meridionali. Stam. numero solummodo a Solanis differt. ♄

2. *microphylla*, fol. minimis integris subnudis, aculeis subgeminatis patentibus. Lam. l. c. p. 327. t. 82. f. 2. Hab. in St. Domingo. Solanum lycioides refert. ♄

270. WITHERINGIA. *Cor.* subcampanulata : tubo quadrigibbo. *Cal.* minimus, 4-dentatus. *Bacca* 2-locularis. *Anth.* conniventes.

1. *solanacea*. L'Herit. sert. 1. 33. tab. 1

Lam. ill. t. 82. Habit. in America meridionali. Umbel. axillares. ♄

271. MYRMECIA. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus. *Cor.* tubulosa: fauce inflata. *Glandul.* 5, germinis basin cingentes. *Caps.* 2-locul. 2-valv. polysperma.

1. *scandens.* Willd. sp. p. 623. Tachia gujanensis. Aubl. gujan. 1. p. 75 t. 29. Hab. in sylvis Gujanae ad ripas rivulorum. In cavitate trunci et ramorum degunt formicae, unde nomen. Aubl. ♄

272. POLYPREMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida, rotata: lobis rotundatis. *Caps.* compressa, emarginata, bilocularis, polysperma.

1. *procumbens.* Willd. sp. 1. p. 623. Lam. encycl. t. 71. Michaux. Flor. 1. p. 83. Pet. gaz. 9. t. 5. f. 6. Hab. in Carolina, Virginia. Flos. plurib. bracteolis circumvallatus. ⊙

273. LABATIA. *Cal.* 4-phyllus inferus. *Cor.* subcampanulata, 4-fida: laciniæ 2, minutæ, in divisuris corollæ. *Caps.* 4-locul. *Sem.* solitaria.

1. *sessilifolia*, florib. sessilibus, foliis tomentosis. Willd. sp. 1. p. 623. Habit. in Hispaniolae fruticetis montosis. Caps. passim 2-locul. Swartz.

2. *pedunculata*, flor. pedunculatis, fol. glabris. Willd. Ponteria gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 86. t. 33. Habit. in sylvis Gujanae. ♄

274. LASIOSTOMA. *Cal.* 5-fid. *Cor.* infundibuliformis: fauce villosa. *Caps.* 1-locul., disperma.

1. *cirrhosa.* Willd., p. 624. Rouhamon gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 93. t. 36. Ad ripas fluminum Gujanae. ♄

275. MANETTIA. *Cal.* 4-5-8-partitus. *Cor.* infundibuliformis, 4-5-partita: fauce barbata. *Caps.* oblonga, 2-locularis, 2-valvis: valvis duplicatis. *Sem.* numerosa, imbricata alata. (Stam. 4-5. Plantæ volubiles aut scandentes.)

1. *umbellata*, fol. ovatis subcordatisque, stipulis connatis acuminatis, pedunc. umbellatis multifloris. Flor. Per. 1. p. 58. t. 90. f. a. Hab. in Munna nemorib.

2. *mutabilis*, pubescens, fol. ovatis oblongisque acuminatis, stipulis semicircularibus, flor. subracemosis lateralib. Flor. Per. l. c. t. 89. (M. *racemosa.*) Cal. plerumque 4-5-partitus, saepe 8-10-partitus.

3. *acutiflora*, fol. lanceolatis acutissimis connatis acuminatis, pedunc. 1-3-floris. Flor. Per. t. 89. f. b. In Peruviae nemoribus. Glabra.

4. *Lygistum*, fol. ovatis acutis venosis, caule volubili suffrutescente. Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 323. Petesia Lygistum. L. Brown. jam. 142. t. 3. f. 2. Hab. in Jamaica, in montibus altis. ♄

5. *coccinea*, fol. ovatis acuminatis, racemis multifloris, caule volubili fruticoso. Willd. sp. 1. p. 625. Nacibea coccinea. Aubl. gujan. 1. p. 96. t. 37. f. 1. Habit. in Gujana. ♄

6. *picta*, fol. ovatis acutis, calyce quadridentato, caule volubili fruticoso. Willd. Aubl. guj. 1. p. 98. t 37. f. 2. Hab. in Gujana. Folia luteo-variegata. ♄

7. *lanceolata*, fol. lanceolatis, calyce quinquefido inaequali, florib. pentandris, caule erecto. Willd. Vahl. symbol. 1. p. 12. Hab. in montibus altioribus Hadie. ♄

276. TONTANEA. *Cal.* 4-fid. superus. *Cor.* 4-fida. *Nect.* margo 4-lobus stylum cingens. *Caps.* 2-locul. 2-partibilis polysperma.

1. *repens.* Tontanea gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 108. t. 42. Lam. ill. t. 64. Bellardia. Willd. sp. 1. p. 626.

277. PENÆA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 4-lobum. *Caps.* tetragona, 4-locularis, 8-sperma.

1. *Sarcocolla*, fol. ovatis planis imbricatis, calyc. ciliatis folio majoribus. Pluck. mant. 183. t. 446. f 6. Willd. sp. 1. p. 626. Lam. ill. t. 78. f. 2. Hab. in Aethiopia. ♄

2. *mucronata*, flor. terminalibus, fol. acuminatis glabris. Thunb. prod. 30. Hab. in Aethiopia et in Cap. bon. spei cum sequentibus speciebus. Flor. rubri. Stylus tetragonus.

3. *marginata*, fol. cordatis marginatis, flor. lateralibus. Habit. juxta Capitis b. spei

fluvio. Fol. opposita s. terna, cordata, subsessilia obtusiuscula. ♄

4. *lateriflora*, fol. ovatis, florib. lateralibus sessilibus. Lin. suppl. p. 122. Hab. in Cap. b. spei. Fol. opposita sessilia acutiuscula. ♄

5. *tomentosa*, flor. lateralibus, fol. ovatis tomentosis. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. b. spei. ♄

6. *fucata*, fol. rhombeo-ovatis, bracteis cuneatis acutis coloratis. mant. 199. Lam. t. 78. f. 2, Hab. in Capitis b. spei montibus. Flor. purpurei. ♄

7. *squamosa*, fol. rhombeo-cuneiformibus carnosis. Mant. 331. Thunb. prodr. 30. Hab. in Aethiopia, et Cap. b. spei. Cor. majuscula.

8. *fruticulosa*, fol. oblongiusculis obtusis, bracteis orbiculatis acutis. Lin. suppl. 121. Thunb. prod. 30. Ad Cap. b. spei. ♄

9. *Myrtoides*, fol. lanceolatis. Lin. sup. 122. Thunb. prod. 30. Cum priore.

278. BLÆRIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida. *Stamina* receptaculo inserta. *Caps.* 4-locularis, polysperma.

1. *ericoides*, antheris muticis exsertis, calycibus tetraphyllis, bracteis ternis longitudine calycis, foliis quaternis oblongo-acerosis pilosis imbricatis, cor. campanulatis. Aiton. Kew. 1. p. 149. Willd. sp. 1. p. 629. Erica Blaeria. Thunb. prod. 72. Pet. gaz. t. 2. f. 10. Hab. uti omnes sequentes species, quae frutices sunt, ad Cap. bonae spei.

2. *scabra*, antheris muticis, fol. quaternis lanceolatis piloso-hispidis, florum capitulis erectis, corollis clavatis. Erica scabra. Thunb. prod. 72. (qui hoc genus *Ericis* inseruit.).

3. *fasciculata*, antheris muticis, fol. quaternis lanceolatis ciliato scabris, capitutulis erectis.

4. *articulata*, antheris muticis exsertis, fol. quaternis ovatis glabris, florum capitulis cernuis, cor. cylindricis. Lam. ill. t. 78. Erica eriocephala. Encycl. n°. 78. Hab. ad Cap. b. spei.

5. *purpurea*, antheris muticis inclusis, fol. quaternis ovatis subciliatis, florib. umbellatis, caule flexuoso erecto. Lin.

6. *muscosa*, antheris muticis subexsertis, calycib. monophyllis pilosis, corollis campanulatis superne pilosis, floribus axillaribus, stigmatibus peltatis. Aiton. Kew. 1. p. 150. Erica albens. Thunb. prod. 70?

7. *pusilla*, antheris muticis, fol. ternis linearibus piloso-hispidis, flor. racemosis cernuis. Lin.

8. *glabella*, antheris aristatis, fol. quaternis oblongis glabris margine scabris, flor. aggregatis terminalibus. Blaeria purpurea. Berg. cap. 34. Schaeffer. 1. p. 30. t. 20. f. 2. Hab. in Cap. b. spei.

9. *ciliaris*, antheris aristatis, fol. quaternis glabris, calyce lacero ciliato. Erica plumosa. Thunb. prod. 73. Hab. in Cap. b. spei.

279. BUDDLEIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stamina* ex incisuris. *Caps.* 2-sulca, 2-locularis, polysperma.

1. *americana* (*Verbasci*), fol. ovato-lanceolatis serratis, stipul. subreniformibus revolutis, racemis compositis subpaniculatis. Flor. Per. 1. p. 53. t. 82. Willd. sp. 1. p. 631. Hab. in Caribaeis ad ripas et torrentes et in Peruvia. ♄

2. *occidentalis*, fol. lanceolatis integris serratisque, flor. paniculatis: spicis verticillatis. Flor. Peruv. 1. p. 53. t. 82. Pluck. alm. 270. t. 210. f. 1. Hab. in America, prope Limam. etc. ♄

3. *globosa*, fol. lanceolatis acuminatis crenatis, subtus tomentoso-albis, capitulis globosis oppositis pedunc. Lam. encyc. 1. p. 507. t. 69. f. 2. Flor. Per. 1. p. 52. t. 83. Jac. ic. rar. 2. t. 307. Collect. 2. p. 332. Hab. in Chili locis humidis. ♄

4. *incana*, fol. oblongis lanceolatisque crenulatis, stipul. marginalibus, pedunc. ternatim divisis, flor. capitatis. Flor. per. 1. p. 52. t. 80. Hab. in Peruviae ripis. Arbor 6-orgialis.

5. *connata*, fol. lanceolatis connatis crenatis, stipulis reniformibus, pedunc. solitariis capitatis. Flor. Peruv. 1. p. 52. t. 81. Hab. in Chancay segetibus et versuris. ♄

6. *diffusa*, subscandens, fol. ovatis subcordatisque acutis, stipul. reniformibus reflexis, pedunc. axillaribus, flor. capitatis. Flor. per. t. 80. Hab. in Peruv. ad agrorum margines, ubi fere semper floret.

7. *spicata*, fol. ovatis utrinque acutis serratis, spicis longissimis simplicibus. Flor. Peruv. p. 53. t. 81. In versuris et locis aridis Munnae. ♄

8. *salvifolia*, fol. lanceolatis cordatis crenatis rugosis, subtus tomentosis, florib. paniculatis. Willd. p. 632. Lantana salvifolia fol. oppositis subsessilibus, flor. racemosis. Lin. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

9. *madagascariensis*, fol. ovato-lanceolatis subtus tomentosis integerrimis, racemis terminalibus. Vahl. symbol. 3. p. 14. Lam. encycl. 1. p. 507. t. 69. f. 3. Hab. in Madagascar. ♄

10. *salicifolia*, fol. lanceolatis extrorsum serratis, subtus tomentosis, racemis terminalibus, pedicellis multifloris, floribus nutantibus. Vahl. symbol. 3. p. 14. Hab. in Bonaria?

11. *diversifolia*, fol. ovalibus glabris integerrimis subrepandisque, corymbis axillaribus subquinquefloris. Vahl. symbol. 3. p. 15. Hab. in Java. ♄

12. *virgata*, fol. lineari-oblongis obtusis integris, racemis terminalib., ramis virgatis erectis. Lin. suppl. 123. Hab. in Cap. bon. spei. Habitus Hyssopi. ♄

13. *incompta*, fol. fasciculatis ovatis canis, ramis flexuosis rigidis, racemis terminalibus. Lin. suppl. 123. Thunb. prod. 30. Hab. in Cap. b. spei. ♄

280. LINNÆA. *Cal.* superus duplex: fructus 2-phyllus; floris 5-partitus. *Cor.* campanulata. *Stam.* subdidynama. *Bacca* sicca trilocularis.

1. *borealis*. Flor. dan. t. 3. Habit. in Suecia, Germania etc. et in Amer. boreali. Cal. fructus 4-phyllus? Planta sempervirens, e fam. Caprifol. ♃

281. CODONIUM. *Cal.* duplex: inferus 1-phyllus inæquale bifidus; superus turbinatus subinteger. *Cor.* campanulata. Drupa obovata. *Stigm.* capitatem.

1. *arborescens*. Von Rohr Genera plant. in Skrivter af Naturhistorie Selskabet 1793. X. p. 206-207. t. 6. Arbuscula 8-10-pedalis. Genus Lonicerae affine.

282. EXACUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida: tubo globoso. *Caps.* 2-sulca, 2-locularis, polysperma, apice dehiscens: locul. 2-spermis.

1. *viscosum*, fol. oblongis nervosis amplexicaulibus, florib. quinquefidis, bracteis cordato-perfoliatis calyce longioribus. Smith. icon. pict. fasc. 3. t. 18. Willd. sp. p. 634. Gentiana viscosa. Ait. Kew. 1. p. 321. Hab. in Canariis. ♃

2. *pedunculatum*, flor. quadrifidis terminalibus, calycis foliolis ovatis, fol. lanceolatis trinerviis impunctatis. Vahl. symbol. 3. p. 15. Pluck. mant. 43. t. 343. f. 3. Hab. in India orientali. ⊙

3. *albens*, fol. subdecurrentibus, staminibus exsertis. Lin. suppl. 123. Burm. afr. 207. t. 74. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. ⊙

4. *aureum*, fol. sessilibus, flor. cymosis, staminibus exsertis. Lin. suppl. 123. Lam. ill. t. 80. Pluck. alm. 94. t. 275. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei. ⊙

5. *sessile*, flor. quadrifidis lateralibus terminalibusque, capsulis nutantibus, fol. cordatis. Vahl. symbol. 3. p. 16. Habit. in Zeylona ad agrorum limites, et in sylvaticis. Caulis simplicissimus. Cor. subcampanulata albida.

6. *cordatum*, flor. quinquefidis, calycis foliolis cordatis striatis. Lin. suppl. 124. Gentiana exacoides. Sp. pl. 332. Burm. afr. 208. t. 74. f. 5. Seb. mus. v. 1. t. 22. f. 7. Pluck. alm. 94. t. 275. f. 4. Habit. ad Cap. b. spei. ⊙

7. *punctatum*, fol. brevissime petiolatis oblongis trinerviis punctatis, stam. exsertis. Lin. suppl. 124. Hab. in India. Cor. coerulescens.

8. *quadrangulare*, calycib. truncatis quadridentatis quadrangularibus longitudine tubi. Willd. sp. 1. p. 636. Gentiana quadrangularis. Lam. encycl. 2. p. 638.

9. *gujanense*, cor. quadrifidis, calycib. membranaceo-carinatis laevibus, fol. lanceolatis. Vahl. symb. 3. p. 16. Aubl. gujan. 1. p. 68. t. 26. f. 1. Hab. in Cajenna. ⊙'

10. *diffusum*, cor. quadrifidis, calycib. membranaceis quadrifidis, fol. ovatis acutis trinerviis, caule divaricato ramoso. Willd. Gentiana diffusa. Vahl. symbol. 3. p. 47. Hab. in India orientali. ⊙

11. *tenuifolium*, cor. quadrifidis, calyc. quadripartitis. laciniis lanceolato-subulatis, panicula dichotoma. Willd. p. 638. Aubl. guj. 1. p. 70. t. 26. f. 2. Hab. in pratis humidis Cajennae, Gujanae. ⊙

12. *filiforme*, cor. quadrifidis, caule filiformi subramoso, foliis radicalibus subrotundis, caulinis subulatis. W. Gentiana filiformis. L. Fl. dan. t. 324. Vaill. paris. 32. t. 6. f. 3. Hab. in pratis humidiusculis.

13. *aphyllum*, cor. quinquefida, caule

simplici aphyllo. Willd. Gentiana aphylla. Jacq. amer. 87. t. 60. f. 3. Hab. in sylvis montosis Martinicae.

14. *heteroclitum*, cor. quadrifidis, caule alato brachiato, floribus sessilibus. Willd. p. 639. Hab. in Malabariae agris. Stamina inaequalia : tria intra tubum, quartum fauci insertum. Stigma bilabiatum. An species Coutoubeae ?

15. *verticillatum*, flor. verticillatis, cor. quinquefidis, laciniis mucronatis, calycibus apice reflexis capsula longioribus, caule scabriusculo simplici. Willd. p. 640. Gentiana verticillata. L. Vahl. symb. 3. p. 46. Plum. spec. 3. ic. 81. f. 2. Hab. in America calidiore.

16. *hyssopifolium*, flor. verticillatis, cor. quinquefidis : laciniis acutis, calycibus capsula brevioribus, caule subramoso glabro. Willd. Retz. obs. 2. p. 15. Burm. afr. 206. t. 74. f. 3. Hab. in India orientali. Cor. fulva.

283. CENTAURIUM. *Cal.* 4-partitus appressus. *Cor.* subcampanulata 4-partita. *Stigm.* crassum, glandulosum subbifidum. *Caps.* (cal. et cor. persistentibus involucrata) 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

1. *vernum*, caule simplice, cor. laciniis oblongis, stylo germine longiore. Michaux. Flor. 1. p. 98. t. 12. f. 2. (Centaurella) Hab. in humidis, sphagnosis Car. inferioris.

2. *autumnale*, caul. subramoso, cor. lacin. ovalibus, stylo germine multo breviore. Michaux l. c. t. 12. f. 1. (Centaurella paniculata). Cum priore.

Obs. Plantulae sunt graciles antecedenti generi affines, ex quo nonnullae species forte huc referendae.

284. COUTOUBEA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 1-petala, 4-fida : *Squamæ* 4, cucullatæ. *Stigm.* bilabiatum. *Caps.* 2-valvis, polysperma.

1. *spicata*, foliis binis, spicae floribus subsparsis. Aubl. gujan. t. 27. C. *alba*. Lam. ill. p. 319. t. 79. Exacum spicatum. Vahl symb. 3. p. 17. Willd. Spec. 1. p. 639. Hab. in Guiana ad ripas rivulorum.

2. *ternifolia*, fol. ternis, spic. flor. densis. Cav. ic. 4. p. 14. t. 328. Hab. in Panama. Flor. pariter albi. ☉

3. *purpurea*, caule ramoso, flor. pedicellatis axillaribus. Lam. ill. l. c. C. ramosa. Aubl. t. 28. Exacum ramosum. Vahl. l. c. Cresc. in Guiana et Cajenna in sylvis ad rivulorum ripas. Flor. purpurei.

Obs. Genus hocce, Gentianis affine, ab ill. Schreber (Gen. pl. p. 791.) *Picrium* denominatum est.

285. FRASERA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida patens : Petala medio glandula barbata. *Caps.* compressa submarginata, 2-locularis. *Sem.* pauca imbricata.

1. *caroliniensis*. Gmel. Syst. Nat. L. 2. p. 256. Fr. *Walteri*. Michaux flor. 1. p. 96-97. Hab. in paludosis Carolinae. Planta altissima, fol. oblongo-ovalibus oppositis verticillatisque.

286. PLANTAGO. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida : limbo reflexo. *Stamina* longissima. *Caps.* 2-locularis, circumscissa.

† *Acaules, scapo nudo.*

* *Fol. latis, utplurimum ovatis.*

1. *cordata*, fol. cordatis (?) latissimis subdentatis glabris, spica longissima floscul. imbricatis. Lam. ill. 1. p. 338. P. *canadensis*. Hort. Par. P. *Kentuckensis*, fol. lato-ovalibus subintegris, spic. flor. sparsis glomeratisque, cal. bracteisque rotundatis. Mich. Flor. 1. p. 94. Hab. in Kentucky, et Canada.

2. *cucullata*, fol. ovatis concavo-cucullatis novemnerviis subtus pubescentibus, spica cylindrica imbricata, scapo tereti alto Lam. ill. p. 339. P. *maxima*. Ait. Jacq. ic. rar. t. 26. Willd. sp. 1. p. 642. In Sibiria. ♃

3. *sinuata*, fol. ovatis sinuato-dentatis glabriusculis, spica cylindrica, caps. retusis. Lam. l. c. Hab. in ins. mauritiana.

4. *crispa*, fol. ovatis (basi) sinuato-dentatis undulatis subcarnosis, scapis brevissimis. Lam. ill. p. 339. Jacq. coll. suppl. p. 34. t. 16. P. crassa. Willd. P. crassifolia. Roth. Hab. in Europa meridionali ?

5. *vaginata*, caule fruticoso (fol. deciduis) basi vaginato, fol. ovatis denticulatis. Vent. Jard. de Cels. p. 29. t. 29. Cresc. sponte in Mauritania. Caps. 1-locular. 1-sperma. ♄

* *bracteata*, fol. ovatis glabris in petio-

lum longum subdecurrentibus, bracteis patentibus longissimis. Moench. meth. p. 439. P. rosea, flor. expanso. C. B. Moris. s. 8. t. 15. f. 3. Var. sequentis.

6. *major*, fol. ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. L. Willd. sp. 1. p. 641. cum varietatibus. Hab. ad vias. ♃

7. *asiatica*, fol. ovatis glabris, scapo angulato, spica flosculis distinctis. Gmel. sib. 4. n. 2. t. 37? Hab. in China, Sibiria. Refert P. majorem. ♃

8. *media*, fol. ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. Flor. dan. t. 581. In pascuis sterilibus, apricis, argillosis. Var. fol. hirsutis et spic. ramosis.

9. *virginica*, fol. lanceolato-ovatis pubescentibus subdenticulatis, floribus remotis, scapo tereti. Gisecke. ic. fasc. 1. n°. 4. Michaux, flor. 1. p. 94. Moris. s. 8. t. 15. f. 8. Hab. in Virginia. Cor. subrostratim connivens. Mich. Fol. semitrinervia et scapus pubescentia. ⊙

10. *australis*, fol ovato-lanceolatis subpetiolatis glabris, integris spica cylindrica. Lam. ill. p. 339. Hab. in Buenos-Ayres.

11. *tomentosa*, fol. ovatis tomentosis, scapo sulcato, spica cylindrica. Lam. l. c. p. 340. Hab. in Montevideo. Var. fol. ovato-lanceolatis.

** *Fol. plus minusve lanceolatis.*

12. *amplexicaulis*, subcaulescens, fol. lanceolatis amplexicaulibus pilosis, pedunc. axillaribus elongatis. Cav. ic. t. 125. Willd. sp. p. 650. Roth cat. 2. p. 12. In Hispania in muro arcis Saguntinae. Bract. carinato-alatae. Sem. 2. R. Psyllium?

β? *lagopoides*, fol. lanceolatis nervosis ciliatis, caul. sulcoso, pedunc. axillaribus, spic. ovatis: bracteis membranaceis. Desf. atl. 1. p. 133. t. 39. In Barbariae arenosis.

13. *villosa*, subcaulescens, fol. lineari-lanceolatis, obsolete trinerviis subdenticulatis villoso-canescentibus, spic. subrotunda, bracteis alatis carinatis flore brevioribus. Roth. Cat. 2. p. 11. Moench meth. p. 459. Sem. 2. hinc convexa, inde plana, brunnea. R.

14. *pilosa*, fol. lineari-lanceolatis pilosis trinerviis integerrimis, scapo tereti pilosissimo, spic. ovato-oblonga bract. linearib. rigidiusculis squarrosa. Roth. l. c. p. 10. t. 1. Hab. in Hispania? Caps. disperma. Cor. quasi ringens. R.

15. *nutans*, subcaulescens, fol. lanceolato-acutis hirsutis, spic. subnutante capitata bract. membrana eis linea nigra notatis. Poir. enc. 4. p. 381. Hab. in Malaga, Hispania. Sem. 3-4, nigra compressa. P.

16. *altissima*, fol. lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, spica oblongo-cylindrica, scapo angulato scabro. Jacq. obs. 4. t. 83. Hab. in Italia. Folia sesquipedalia. ♃

17. *lanceolata*, fol. lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. Habit. in campis sterilibus. Var. scapo polystachio.

β. *sylvatica*, altior, spicis longis cylindricis.

γ. *atrata*, fol. lanceolat. subdentatis, scapo tereti hirsuto, spic. subovata nigricante. Hoppe. In Alpibus Salisburgens.

18. *capensis*, fol. ellipticis, spicae floribus distinctis. Thunb. prod. 29. Habit. ad Cap. b. spei.

19. *Lagopus*, fol. lanceolatis subdenticulatis, spica ovata albo-tomentosa, scapo tereti piloso. L. Moris. hist. 3. s. 8. t. 16. f. 13. Hab. in G. Narbonensi, Hispania.

20. *lusitanica*, fol. lato-lanceolatis trinerviis subdentatis subpilosis, scapo angulato, spica oblonga hirsuta. Lin. Vid. Link in Schraders Bot. Journ. 1800. p. 58. Hab. in Hispania et Lusitania. Spica Pl. Lagopi, sed oblonga. ♃

21. *patagonica*, fol. lanceolato-linearibus subcanaliculatis integerrimis lanato-pilosis, scapo tereti hirsuto, spicis cylindricis, staminibus tubum corollae non superantibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 306. Collect. suppl. 35. Habit. in Patagonia. Affinis sequenti. ⊙

22. *albicans*, fol. lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica erecta, scapo tereti. L. Cav. ic. 2. t. 124? Desf. atl. 1. p. 136. Hab. in Hispaniae, Narbonae et Barbariae aridis. β? P. minuta Pall. it. 2. tab. E. fig. 1. a 6. ab hac vix differre videtur. ♃

23. *argentea*, fol. angusto-lanceolatis integerrimis sericeis incanis, scapo laevi, spic. tereti flor. congestis. Desf. atl p. 136. spic. ovata villosa. Lam. ill. p. 340. P. monosperma. Pourret Chlor. Narb. p. 29. Hab. in Barbar. et Gall. meridion.

24. *victorialis*, fol. lineari-lanceolatis pubescentibus, spic. subrotunda basi scapoque subangulato-villosis. Gerard Galloprov. Poir. encyc. 4. p. 377. Hab. in Gall.

meridion. praesertim ad montem Victoire prope Aix.

25. *gracilis*, fol. lanceolatis serratis subnudis, spica gracili glaberrima. Poir. it. 2. p. 115. Lam. ill. p. 341 Hab. in Barbariae collib. aridis, petrosis.

26. *interrupta*, fol. lanceolatis integris villosis, spica filiformi interrupta. Poir. enc. 4. p. 375. P. sparsiflora. Mich. Cresc. in Amer. septentr.

27. *Bellardi*, fol. lineari-lanceolatis scap. tereti hirsuto altioribus, spic. ovata. Vahl. symb. 2. p. 31. Willd. sp. 1. p. 646. scap. fol. longitudine, spic. cylindricis. Allioni pedem. t. 85. P. *holostea*. Lam. Poir. enc. l. c. p. 378. et P. *villosa*. Lam. ill. p. 340. β. pilosa. Lam. l. c. Habit. in Hispania, Italia et in Barbariae sabulosis. Var. *a*. magnitudine insigni, et β parvitate distinguitur. P.

28. *ciliata*, fol. incanis angusto-lanceolatis, scap. hirsuto fol. adaequante, spic. rotundata, cor. ciliatis. Desf. p. 137. t. 39. f. 3. Hab. in Barbariae arenosis desertis.

29. *remota*, fol. lineari-lanceolatis integris nudis basi lanatis, spic. longis glabris, flor. remotis. Lam. ill. p. 341. Habit. ad Cap. b. spei.

30. *Myosuros*, minuta, fol. lineari-lanceolatis trinerviis glabris, scap. tereti subpiloso, spic. cylindrica. Lam. ill. p. 342. Lecta in Montevideo a Commerson. Myos. minimum refert.

31. *limensis*, fol. lanceolato-linearibus, trinerviis, denticulis rarissimis, spic. ovato-cylindrica. Flor. Peruv. 1. p. 51. t. 78. P. hirsuta. Hab. in collibus Limae.

*** *Fol. ut plurimum linearibus, nec subulatis, neque laciniatis.*

32. *microcephala*, fol. linearib. longissimis striatis villosis, scapo pubescente filiformi, spica minima nuda. Poir. enc. 4. p. 378. Col. in Hort. Paris. Sponte in India? ♃

33. *velutina*, fol. linearib. acutis villoso-sericeis, spica brevi subglabra, bract. obtusis ciliatis. Poir. l. c. p. 379. Hab. in Italia, Calabria. Rad. crassa, elongata, flexuosa.

34. *glomerata*, minuta, fol. linearibus angustissimis villoso-ciliatis, scapo filiformi subpubescente, spica pauciflora glaberrima. Poir. l. c. p. 385. Cresc. in ins. Teneriffa. 2. unc. vix longa.

35. *pigmaea*, villosa, fol. linearib. integerrimis, scapo fol. breviore, spic. capitata lanuginosa. Lam. ill. p. 341. Hab...

36. *scorsoneraefolia*, fol. linearibus nervosis nudis, scapo tereti, spica cylindrica glabra. Lam. ill. p. 342. Tournef. coroll. 5. Hab. in Oriente.

37. *scirpoides*, fol. linearib. longissimis trinerviis nudis, scapo tereti, spica ovata. Lam. ill. p. 342. Poir. enc. 380. Hab. in Hispania?

38. *montana*, fol. linearib. pilosis, scapo tereti hirsuto, spica ovata villosa. Lam. ill. p. 341. In montosis et prope Montpellier. Rad. longa fusiformis.

39. *hispidula*, acaul. fol. linearib. integerrimis, scapis longissimis scabris, spica longa. Flor. Per. 51. t. 78. In Chile arenosis.

40. *hirsuta*, fol. linearib. ciliatis, spica cylindrica, scapo hirsuto. L. Habit. ad Cap. b. spei.

41. *alpina*, fol. linearibus planis, scapo tereti hirsuto, spica oblonga erecta. Jacq. hort. t. 125. Hab. in Helvetiae, Austriae alpibus. ♃

42. *cretica*, fol. linearibus, scapo tereti brevissimo lanato, spica subrotunda nutante. P. cretica minima tomentosa, caule adunco. Tournef. cor. 5. Hab. in Creta. ⊙

43. *maritima*, fol. linearibus subtus canaliculatis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. β. *dentata*. fol. lanceolatis carnosis planiusculis glabris tricostatis hinc inde dentatis: dentibus ramosis teretiusculis, scapo tereti. Roth. germ. I. 61. II. 173. Hab. in littoribus maritimis locisque salsis.

44. *graminea*, fol. linearibus subnudis remotissime dentatis, scapo tereti hirsuto, spic. cylindricis. Lam. ill. p. 343. Dod. pempt. ic. Hab. in Gall. meridon. maritimis et montosis. ♃

45. *recurvata*, fol. linearibus canaliculatis recurvatis nudis. Mant. 2. p. 198. Murr. Comm. goett. 1780 p. 19. tab. 6. β? *serpentina*. Lam. ill. p. 345. Poir. enc. 4. p. 383. Hab. in Europa australi, Oriente.

**** *Fol. laciniatis dentatis in corn. rangiferin. formam.*

46. *Coronopus*, fol. subhirsutis, semipinnatis: pinnis raris lanceolatis. Hall. helv. n°. 658. Blakw. t. 460. Willd. p. 648. β. *Columnae*, fol. bipinnatis, basi lanatis,

foliolis confluentibus, summis auriculatis, scapo tereti. Gouan. illust. p. 6. Habit. in Europae et Barbariae glareosis. ⊙

γ? *Cornuti*, fol. pinnatis: pinnis inaequalibus et distantibus, scapo tereti, stylis longissimis, filamentis brevissimis. Jacq. ic. rar. 1. t. 27. Misc. 2. p. 351.

47. *Loeflingii*, fol. linearibus subdentatis, scapo tereti, spica ovata: bracteis carinatis membranaceis. Loefl. it. 124. Jacq. hort. t. 126. Hab. in Hispaniae collibus agrorumque marginibus. Rad. fibrosae. Fol. caespitosa. P. Coronopo minor et praecocior.

48. *macrorhiza*, fol. spathulatis serratis subnudis, spica cylindrica. Poir. it. 2. p. 154. Vahl. symb. 2. p. 31. Willd. sp. p. 648. P. crithmoides. Desf. Mor. s. 8. t. 17. f. 36. In Barbaria ad vias et littora maris. ♃

49. *alopecuroides*, fol. linearibus praelongis, superne rariter dentatis calycibusque ciliatis, spica longissima. Poir. in enc. bot. 4. p. 387. Lam. ill. 1. p. 342. Hab. in Barbaria.

50. *Serraria*, fol. lanceolatis 5-nerviis dentato-serratis scapo tereti tomentoso, spica longissima. Lin. P. apula laciniata bulbosa. Col. ecphr. t. 259. Hab. in umbrosis subhumidis Barbariae, Apuliae et Germaniae. Rad. crassa subfrutescens. Poir. enc. l. c.

51. *barbata*, fol. spathulato-lanceolatis dentatis, capit. subquadrifloris. Forst. Comment. Goett. 9. p. 25. t. 4.

***** *Fol. subulatis.*

52. *sericea*, caule decumbente suffruticoso, fol. lineari-subulatis incurvis sericeis, spica ovata. Flor. Peruv. p. 52. t. 79. f. b. Hab. in collibus Tarmae.

53. *congesta*, caule suffruticoso patente, fol. lineari-subulatis, spica ovato-oblonga. Flor. Per. l. c. Cresc. in eodem antecedentis loco.

54. *triquetra*, fol. subulatis triquetris striatis scabris, scapo tereti. P. *subulata*. Lin. P. fol. triangulari-prismaticis. Guett. Stamp. 2. p. 428. Lob. ic. 439. Habit. in maritimis Mediterranei. Rad. crassa. Fol. conferta. ♃

55. *aristata*, fol. subsetaceo-linearibus, spica oblongo-cylindrica, bracteis subulato aristatis flor. longioribus. Michaux, Flora 1. p. 95. Hab. in pratensib. Illinoensium.

56. *philippica*, fol. subulatis villosis, scapo nudo fol. aequante, spic. ovatis. Cav. ic. 4. p. 35. t. 359. f. 2. Hab. in St. Cruz, in insulis Philippicis. Cor. quadrifida alba, centro violacea. Cav. ⊙

†† *Psyllia*, *caule ramoso folioso, fol. linearibus.* (Flor. capitati. *Caps.* 2-locularis, 2-sperma. *Juss.*)

57. *Psyllium*, caul. ramoso herbaceo, fol. subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. Hab. in Europa australi, inter segetes.

58. *stricta*, caul. ramoso erecto herbaceo, fol. linearibus canaliculatis integerrimis, capitul. aphyllis. Schousb. maroc. 1. p. 69. ic. 145. Psyllium majus erectum. C. B. p. 191. Moris. s. 8. t. 17 f. 2. Cresc. in agris circa Mogadore. A priore vix specie diversa videtur.

* *arenaria*, caule ramoso, subherbaceo, fol. pubescentibus subviscosis, spicis ovatis compactis subfoliosis. Poiret in enc. bot. 4. p. 392. P. *arenaria*, herbacea pilosocana, caule erecto, fol. subintegerrimis, capit. ovatis, bracteis calycibusque ovatis. Plant. rar. Hung. p. 51. t. 51? Videtur Plant. Psyllium auctor. et ab Linnaeano vix diversa. Hab. in arenosis.

59. *aegyptiaca*, caule ramoso herbaceo decumbente, fol. linearibus integerrimis, capit. longe foliosis laxis. Jacq. ic. rar. 1. t. 28. Collect. 1. p. 45. P. *squarrosa*. Murr. Willd. sp. 1. p. 650. Hab. in Aegypto.

60. *parviflora*, fol. oppositis linearibus ciliatis, pedunc. folio brevioribus, spic. rotundis, bract. adpressis cal. aequantibus. Desf. atl. 1. p. 141. Hab. in Barbaria. Rad. longa, tortuosa.

49. *bifidus*, fol. cordatis oblongis acuminatis subtus mollissimis, pedunc. bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in Java et India orientali.

50. *malabaricus*, fol. cordatis glabris, caule perenni villoso. L. Rheed. 11. t. 51. Hab. in Malabariae arenosis. ♄

51. *coelestis*, fol. cordatis acuminatissimis pubescentib., pedunc. elongatis umbellato-trifidis. Forst. prod. n. 77. Hab. in ins. Tanna.

52. *canariensis*, fol. cordatis pubescentibus, caule perenni villoso, pedunc. multifloris. L. Comm. hort. 2. p. 101. t. 51. Pluck. alm. t. 325. f. 1. Hab. in Canariensib. insulis. ♄

53. *ferrugineus*, ferrugineo-tomentosus, fol. cordato-ovatis acutis, pedunc. axillaribus quadrifloris. Vahl. eclog. 1. p. 17. Hab. in Amer. merid. ♄

54. *muricatus*. fol. cordatis, pedunculis incrassatis calycibusque laevibus, caule muricato. L. Hab. in Surate. Simillimus C. purpureo. ☉

55. *triqueter*, fol. cordatis acutis subvillosis, pedunc. multifloris, caule tricarinato. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in insula St. Crucis.

56. *anceps*, fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. L. H. in Zeylona, Java.

57. *Turpethum*, fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifl. L. Blackw. t. 397. Herm. Lugd. B. t. 178. 179. Turpethum repens, fol. Althaeae vel indicum. Bauh. pin. 149. In Zeylona. ♄

58. *grandiflorus*, foliis cordatis ovatis obtusiusculis integerrimis, pedunc. subbifloris, cal. coriaceis, caule petiolisque pubescentibus. Lin. suppl. 136. Rheed. 11. t. 50. Hab. in India inter spineta ad littora fluminum. Caulis arboreus. Cal. dis. triphyllus coriaceus. ♄

59. *trinervius*, fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunc. unifloris. Thunb. jap. 85. encycl. bot. 3. p. 543. Hab. in Japonia. Folia opposita. An Ipomoea?

60. *peltatus*, fol. peltatis, pedunculis multifloris, L. Rumph. amb. 5. t. 159. Hab. in Amboina inque Societatis insulis.

61? *Jalapa*, caule volubili, fol. ovatis subcordatis obtusis, obsolete repandis subtus villosis, pedunc. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 211. Hab. in Mexico, Vera cruce. Rad. magna, nigra. Sem. hirsuta. Ipomoea macrorhiza. Michaux. p. 141?

62. *macrospermus*, fol. ellipticis acutis glabris, cor. planis, capsularum loculis monospermis, caule scandente. Willd. p. 860. Mouroucoa violacea. Aubl. Guj. 1. p. 142. t. 54. Hab. in Gujanae sylvis. ♄

63. *tenellus*, fol. ellipticis mucronatis, basi subcordatis, pedunc. bifloris fol. longioribus. Willd. Lam. enc. 3. p. 535. Pluck. alm. 114. t. 166. Hab. in Carolina.

64. *sericeus*, fol. lanceolato-ellipticis, subtus tomentoso-sericeis, pedunc. subumbellatis, cal. pilosis, caule volubili. Lin. C. mollis. Burm. ind. 44. t. 17. f. 1. Hab. in India. ♄

65. *tomentosus*, fol. trilobis tomentosis, caule lanuginoso. Lin. Sloan. jam. 55. hist. t. 98. f. 2. Pluck. t. 167. f. 4. In Jamaica.

66. *quinqueflorus*, fol. sagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-subrepandis, pedunc. subquinquefloris. Vahl. symb. 3. p. 31. Hab. in insula Borbonia?

67. *arenarius*, fol. oblongis emarginatis basi lobatis integrisve, pedunc. unifloris, cor. tubulosis. Vahl. symb. 1. p. 18. Hab. in ins. Azoricis et ins. St. Crucis.

68. *althaeoides*, fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. L. Barr. rar. 5. t. 312. Hab. in Europae meridionalis, Orientis et Africae collib. ♄

69. *cairicus*, fol. palmatis glabris serrulatis, stipulis foliiformibus palmatis, axillaribus tomentosis, cal. pedunculatis laevib. Vahl. symbol. 1. p. 15. Ipomoea palmata. Forsk. Hab. in Aegypto ♄

70. *quinquelobus*, fol palmato-quin-

quelobis serrulatis obtusis glabris, axillis tomentosis, pedunc unifloris, caule glabro. Vahl. symb. 3. p. 32. In insula St. Crucis.

71. *vitifolius*, fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloso, pedunculis multifloris. L. Mant 203. Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Pluck. alm. t. 25. f. 3. Hab. in India orientali.

72. *mucronatus*, fol. palmato-pedatis: lobis ciliatis apice mucronatis, pedunculis unifloris. Forst. prod. n.° 79. Habit. in insula Tanna.

73. *macrocarpus*. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris. L. Plum. spec. 1. ic. 91. f. 1. Hab. in Amer. Pedunc. articulati, incrassati. ⊙

74. *paniculatus*, fol. palmatis lobis septenis ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. Linn. Jacq. collect. 4. p. 216. Rheed. 11. t. 49. Hab. in Malabariae arenosis. Var. fol. 3-lobis s. 5-lobis. ♃

75. *macrorhizos*, fol. digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. triflor. Lin. Plum. sp. 1. ic. 90. f. 1. Hab. in Amer. An Ipomoea?

76. *quinquefolius*, fol. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus. Linn. Swartz. obs. 63. Pluck. alm. 116. t. 167. f. 6. Hab. in America, in Jamaicae sepibus. Stigm. 2, subglobosa. Sw. Ipomoea?

77. *glaber*. fol. digitatis quinatis: foliol. ovato-lanceolatis integerrimis laevibus, pedunc. multifloris. Lam. enc. bot. 3. p. 566. Aubl. Gujan. p. 138. t. 53. Willd. p. 8 6. Hab. in Cayenna. Lactescens.

78. *venosus*, glaber, fol. digitatis: foliolis petiolatis ovato-acuminatis venosis, petiolis communibus basi cirrhosis. Lam. l. c. Vahl. symb. 3. p. 32? Hab. in ins. Franc. et Borboniae. Ipomoea?

79. *eriospermus*, fol. digitatis: foliolis suboctonis linearibus, angustissimis, sem. hirsutis. Lam. l. c. p. 567. Cresc. in St. Domingo. Cap. 4-valvis, 2-loculari. loculis 2-spermis. Sem. sericea.

80. *macrocalyx*, fol. quinatis oblongo-lanceolatis integerrimis, pedunc. longissimis racemoso-dichotomis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 98. In Peruv. nemorosis. Petioli contorti.

81. *chilensis*, pedunc. 1-floris, fol. profundissime 5-partitis: laciniis linearibus, media productiore. Cav. ic. 5. p. 54. t. 480. f. 1. (C. dissectus.) Cresc. in Regno chilensi.

82. *tenuifolius*, foliis digitatis quinis, foliolis linearibus, pedunc. subquadrifloris. Vahl. symbol. 3. p. 33. Habit. in India orientali.

* * *Caule prostrato et non volubili.*

83. *siculus*, fol. cordato-ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. sessilib. L. Bocc. sic. t. 48. Moris. s. 1. t. 7. f. 5. Hab. in Sicilia. Caul. vix, vel parum volubilis. Linn.

84. *ebracteatus*, fol. cordato-sagittatis postice obtusis pedunc. petiolo brevioribus ebracteatis. Lam. enc. bot. 3. p. 541. Hab... Primo intuitu antecedenti similis dicitur, verum bractearum defectu distinguitur. Stigmata 2, globulosa, an hinc Ipomoea?

85. *trichosanthes*, pubescens diffusus, fol. lanceolatis oblongis cum acumine, pedunc. longis 1-5-floris, cor. pilosa indivisa. Michaux p. 137. C. humistratus et aquaticus. Walt. Cor. alba, margine sub-10-denticulata. Styl. profunde 2-partitus. Caps. pubescens. Mich.

86. *stans*, erectus, tomentoso-incanus, fol. subcordatis, pedunc. 1-floris, calyc. bracteis obtectis: laciniis lanceolatis muticis. Michaux Flor. 1. p. 136. In Canada juxta Lacum Champlain. Affinis C. spithamaeo. Walt.

87. *pentapetaloides*, fol. lanceolatis obtusis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. solitariis semiquinquefidis. L. Vahl. symb. 2. p. 36. C. humilis. Jacq. collect. 4. p. 209. t. 22. β? C. prostratus, fol. radicalibus ovatis obtusis emarginatis longe petiolatis, pedunc. unifloris, caule prostrato. Roth. Abh. p. 11. t. 3. Habit. in Majorca. ⊙

88. *ciliatus*, fol. oblongis cuneiformib. obtusis emarginatis ciliatis, caule prostrato, caps. pilosissimis. Roth. catal. 2. p. 22. Priori affinis. Hab. . †

89. *lineatus*, fol. lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycib. sericeis subfoliaceis. L. C. spicaefolius, fol. lineari-lanceolatis basi angustati, caule simplici, pedunc. folio brevioribus. Lam. enc. 3. p. 527. C. serpens maritimus, spicae foliis. Triumf. obs. 91. t. 91. f. 2. Munt. 29. t. 149. Hab. in Hispaniae, Siciliae, Mediterranei maritimis et montosis. Cor. extus hirtae.

90. *evolvuloides*, caule prostrato, fol. spathulatis villosis obtusis integerrim., flor. sessilibus. Desf. Atl. p. 176. t. 49. In regno Tunetano prope Sbibam. Cor. parva, caerulea. Caps. villosa. D.

91. *suffruticosus*, caule villoso suffruticoso, fol. angusto-lanceolatis, pedunc

1-floris folio longioribus. Desf. Atl. 1. p. 175. t. 48. Hab. in Atlante prope Tlemsen. Cor. pallide rosea aut alba. ♄

92. *saxatilis*, hirsutissimus, fol. linearibus, flor. capitatis, calycib. acuminatis. Vahl. symbol. 3. p. 33. C. lanuginosus, tomentoso - incanus, fol. linearibus, flor. capitatis terminalibus. Lam. enc. 3. p. 551. Bocc. mus. 2. p. 70. t. 70. Hab. in Hispania, Italia, Tauria. ♃

93. *Cneorum*, fol. lanceolatis tomentosis, flor. umbellatis, calycib. hirsutis, caul. erectiusculo. L. C. argenteus. Lam. l. c. p. 552. Cneorum album, folio argenteo molli. Bauh. pin. 463. Hab. in Hispania, Creta, Syria. ♄

94. *linearis*, caulibus erectis fruticosis, fol. linearib. acutis piloso - sericeis, flor. terminalibus umbellato-paniculatis, calycib. pilosis. Curt. bot. mag. t. 299. Hab. . . ♄

95. *Cantabrica*, fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, calycib. pilosis, pedunc. subbifloris. Lin. Jacq. Fl. austr. t. 296. Moris. 2. s. 1. t. 4. f. 3. Cantabrica quorumdam. Clus. hist. 2. p. 49. β. *terrestris*, fol. linearibus sericeis, pedunc. subtrifloris, cal. hirsutis mucronatis. L. spec. 2. p. 224. Hab. in Europa australi, Tauria, Africa. Mollis incana. ♃

96. *palustris*, caule erecto ramoso, fol. lanceolatis pilosis, flor. axillaribus solitariis minutis subtomentosis. Cav. ic. 6. p. 80. t. 600. f. 2. Cresc. in paludosis in Acapulco viciniis. Pedunc. bistipulati. C.

97. *Ammanni*, sericeus, procumbens, fol. linearibus, pedunc. unifloris axillarib. longe bracteatis, cal. acuto. Lam. encyc. 3. p. 526. Willd. sp. p. 870. In Sibiria ad Jeniseam et ad lacum Baikal. ♃ Cor. minuta calyce paulo major, pilis externe sericeo-villosis. W.

98. *pilosellaefolius*, villosus, fol. lanceolatis, pedunculis racemosis paucifloris. Willd. l. c. Lam. enc. p. 528. C. orientalis humifusus Pilosellae fol. Tournef. Hab. in Oriente. Rami axillares floriferi. ♃

99. *Dorycnium*, fol. sublinearibus sericeis, caule fruticuloso paniculato, calicibus nudiusculis obtusis. Linn. Habit. in Oriente. ♄

100. *proliferus*, fol. linearibus subtus sericeis, capitulis terminalibus, inque dichotomiis bracteis ovatis extus hirsutissim. Vahl. eclog. 1. p. 18. Habit. in America meridionali. Facies C. Cantabricae. ♄

101. *lanatus*, fol. lanceolatis linearib. tomentosis, ramis senescentibus spinosis, flor. capitatis involucratis. Vahl. l. c. p. 16. Hab. in Aegypto inferiori et in monte Sinai. ♄

102. *Histrix*, fruticosus, fol. oblongis flor. sessilibus subsolitariis, ramis spinascentibus. Vahl. Hab. in Arabia. ♄

103. *spinosus*, fruticosus, fol. lanceolatis, pedunc. unifloris, ramis floriferis spinosis. Willd. p. 871. Lin. suppl. 137. C. fruticosus. Pall. it. 2. p. 734. t. M. Hab. in Sibiriae arenosis collibus ad fluvium Irtin. Rudimenta ramulorum in axillis foliorum rameorum in spinas breves mutantur. Habitus C. Cneori. L. ♄

104. *scoparius*, fol. linearibus pilosiusculis, pedunc. subtrifloris, calyc. sericeis ovatis acutis, caule fruticoso, ramis virgatis. Ait. Kew. 1. p. 213. Lin. suppl. 135. Habit. in Teneriffa circa oppidum St. Crux. Facies Spartii s. Genistae et non Convolvuli. Cor. extus hirsutae albae. Rasura hujus ligni, quod durum album: striis radiantibus, spargit odorem rosaceum. ♄

105. *Oenotheroides*, fruticosus erectus, fol. linearibus canescentibus, pedunc. axillaribus solitariis erectis unifloris bracteatis, calycib. lanceolatis glabris. Lin. suppl. 137. Hab. ad Cap. b. spei. Habitus Oenotherae mollissimae. Cor. magna fulva.

106. *floridus*, fol. oblongo - lanceolatis basi attenuatis subpilosis, ramis floriferis pedunculisque paniculatis. Ait. Kew. 1. p. 214. C. fruticosus prostratus canus, fol. lineari-lanceolatis glabris, thyrso terminali pyramidali composito. L. suppl. 136. Jacq. ic. 1. t. 34. Collect. 1. p. 62. Habit. in rupibus Teneriffae. Copia florum omnium pulcherrimus. Lin.

107. *cuneatus*, caule fruticoso erecto, fol. cuneiformibus obtusis mucronatis glabris, corymbis axillaribus fol. breviorib. Willd. sp. p. 873. Hab. in India orientali. ♄

108. *corymbosus*, fol. cordatis, pedunc umbellatis, caule repente. L. Plum. spec 1. ic. 89. f. 2. Hab. in America.

109. *secundus*, fol. cordatis acuminatis integerrimis, pedunc. secundis longissimis, flor. umbellatis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 117. f. a. In Peruv. collibus arenosis.

110. *spithamaeus*, fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunc. unifloris. Lin. Hab. in Virginia.

111. *persicus*, fol. ovalibus tomentosis pedunc. unifloris. Amoen. acad. 2. p. 341 Gmel. it. 3. p. 36. t. 7. Hab. in Persia ad maris Caspici littus. ♃

112. *tricolor*, fol. lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, flor. solitariis. Lin. Moris. s. 1. t. 4. f. 4. Hab. in Africa, Mauritania, Hispania, Italia et Peruvia. Fol. obovata. ☉

113. *acetosaefolius*, fol. oblongo-lanceolatis subhastatisque, pedunc. elongatis unifloris, caule repente. Vahl. eclog. 1. p. 18. Plum. amer. 91. t. 105. Hab. in Amer. merid. ♄

114. *repens*, fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunc. unifloris. L. Michaux 1. p. 137. Cor. alba, colore roseo ad ambitum suffusa. Cal. bibracteatus. M. Hab. in India utraque ad ripas, in arenosis maritimis. Caul. geniculatus. ♄

115. *reptans*, fol. hastato-lanceolatis: auriculis rotundis, caule filiformi repente, pedunc. unifloris. L. Rumph. 5. t. 155. f. 1. Hab. in India. An a priore diversus?

116. *edulis*, fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. Thunb. jap. p. 84. Hab. in Japonia ♄ †

117. *hirtus*, fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multifloris. Mill. dict. n. 10. Hab. in India.

118. *Soldanella*, fol. reniformibus, pedunc. unifloris. Moris. s. 1. t. 3. f. 2. Soldanella maritima minor. Bauh. pin. 295. Hab. in Angliae, Hispaniae, Belgii, Italiae, Frisiae littoribus maris et in Carniolia. ☉

119. *Imperati*, foliis panduriformibus integrisve emarginatis basi cordatis, pedunc. unifloris, caule repente. Vahl. symbol. 1. p. 17. C. stoloniferus. Lam. enc. 3. p. 527. Cyrill. pl. rar. fasc. 1. p. 14. t. 5. Moris. s. 1. p. 15. t. 7. Soldanellae congener Imperati. Barr. obs. 33. ic. 856. Hab. ad littora maris Neapoli.

120. *obtusilobus*, glaber, foliis crassis sinuato-lobatis: lobo impari majore emarginato, pedunc. 1-floris, cor. brevi campanulata. Michaux. Flor. 1. p. 139. Habit. in Amer. boreal. littoribus.

121. *Pes caprae*, fol. bilobis, pedunculis unifloris. Linn. Herm. Lugd. B. 174. t. 175. Rumph. 5. t. 159. f. 1. Habit. in India.

122. *Lasianthus*, flor. solitariis, fol. palmato-laciniatis tomentosis: lacinia media ampliore pinnatifida. Cav. ic. 5. p. 53. t. 479. f. 1. Hab. in Regno chilensi.

123. *laciniatus*, flor. solitariis, foliolis laciniatis: laciniis capillaribus 2-3-fidis. Cav. l. c. Lam. enc. 3. p. 545. t. 479. f. 2. Cresc. prope Montevideo. Cor. et cal. extus villosi, uti in priore, cui affinis.

124. *platycarpos*, flor. racemosis, fol. pinnatis, caps. compressis. Cav. l. c. p. 55. t. 482. In Mexico. An hujus generis?

125. *venosus*, glaber, fol. digitatis foliolis petiolatis ovato-acuminatis, petiolis basi cirrhosis. Enc. l. c. Hab. in Ins. Mauritia.

126. *brasiliensis*, fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris. L. Hab. in Brasilia, Domingo maritimis. ♄

127. *multifidus*, foliis palmatis, lobis septenis linearibus integris, pedunc. unifloris, caule decumbente. Thunb. prodr. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

128. *sublobatus*, procumbens, fol. superioribus apice dentato-repandis, floribus capitatis. Lin. suppl. 135. Hab. in India. Involucrum hexaphyllum. Cor. magna. ☉

129. *capensis*, fol. hastatis, lobis semibifidis, pedunc. subbifloris, caule decumbente villoso. Willd. p. 877. castatus. Th. prod. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

130. *sagittatus*, fol. hastatis sagittatisque, pedunc. unifloris, caulib. prostratis. Thunb. prod. 35. Cum priore.

131. *littoralis* foliis oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. L. Plum. sp. 1. ic. 90. f. 2. Habit. in Amer.

132. *martinicensis*, fol. ellipticis, glabris, pedunc. unifloris folio longioribus, caule repente. Jacq. amer. 26. t. 17. Hab. in Martinicae umbrosis, inundatis.

Obs. Plures Convolvuli species ob stigma capitato-didymum ad Ipomoeas relatae sunt, et nonnullae examinandae adhuc restant, numne potius ad idem pertineant genus.

417. IPOMOEA. *Cor.* infundibuliformis, aut campanulata, 5-plicata. *Stigmata* capitato-globosa, papillosa. *Caps.* 2-3-locularis, polysperma.

1. *Quamoclit*, fol. pinnatifidis linearib. flor. subsolitariis. Lin. Willd. sp. 2 p. 879. Quamoclit s. Iasminum americanum. Clus. posth. 9. Rumph. 5. t. 155. f. 2. Hab. in India. Conv. pennatus. Lam. enc. 3. p. 567.

2. *dissecta*, fol. palmatis, laciniis angustatis pinnatifidis dentatis, pedunc. subbifloris Willd. phytog. 1. p. 5. n. 19. t. 2. f. 3. Hab. in Guinea.

3. *umbellata*, foliis digitatis septenis, pedunc. umbellatis brevissimis. L. suppl. Plum. spec. 3. ic. 92. f. 2. Hab. in Amer.

4. *carolina*, fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. unifloris. Lin. Catesb. Car. 2. p. 19. t. 19. Hab. in Carolina.

5. *coccinea*, fol. cordatis acuminatis, basi angulatis, pedunc. 2-fidis. L. Comm. rar. 21. t. 11. β. *luteola*, fol. cordatis acuminatis subangulatis, pedunc. primum dichotomis, dein racemosis. Jacq. ic. rar. 1. t. 35. Collect. 2. p. 266. Hab. in Domingo. ⊙

Obs. An Ip. angulata Orteg. Dec. p. 83. Flor. Per. 2. p. 11. t. 119. Varietas?

6. *lacunosa*, foliis cordatis acuminatis scrobiculatis basi angulatis, pedunc. subunifloris flore brevioribus. Lin. Dill. elth. 103. t. 87. f. 102. Hab. in Virginia, Carol. Simillima I. coccineae. Flor. tubo crassiore albi, ore purpurascentes. ⊙

7. *leucantha*, fol. cordatis acuminatis integerrimis, pedunculis unifloris solitariis folio brevioribus. Willd. p. 881. Jacq. ic. t. 318. Collect. 2. p. 280. Hab. in Amer. torrida. ⊙

8. *solanifolia*, fol. cordatis acutis integerrimis, pedunc. unifloris solitariis fol. aequalibus. Willd. l. c. Plum. sp. 3. ic. 94. f. 1. Hab. in Amer.

9. *bona nox*, fol. cordatis acutis integerrimis, caule aculeato, flor. ternis, cor. indivisis. L. Cav. ic. 3. p. 52. t. 300. Sloan. hist. 151 t. 96. f. 1. Hab. in Indiae arenosis, arbores scandens. Cor. tubus lutescens: limbo albo, radiis 5 lutescentibus. ⊙

10. *campanulata*, fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriore orbiculari, cor. campanulatis lobatis. Lin. Rheed. 11. p. 175. t. 56 Hab. in India. Sub perianthio quinquepartito, aliud perianthium minus orbiculatum integerrimum. L.

11. *violacea*, fol. cordatis integerrimis, flor. confertis, cor. indivisis. Lin. Plum. spec. 3. ic. 93. f. 1. Sloan. hist. 1. p. 155. t. 98. f. 1. Habit. in Amer. merid. ♄

12. *verticillata*, fol. cordatis, pedunc. axillaribus ternis reflexis, calycib. hispidis. Vahl. symb. 3. p. 33. Habit. in Arabia felici.

13. *carnea*, fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, cor. marginatis. Jacq. amer. 26. t. 18. Hab. in America. ♄

14. *repanda*, fol. cordatis oblongis repandis, pedunculis ramosis cymosis. Jacq. amer. 28. t. 20. Hab. in America. ⊙

15. *filiformis*, fol. oblongo-cordatis obtusis integerrimis mucronatis, pedunculis cymosis. Willd. Murr. syst. veg. 205. Jacq. am. pict. 20. t. 26. Jacq. amer. 27. t. 19. Hab. in Martinicae sylvaticis. ♄

16. *biflora*, caule volubili, fol. cordatis pubescentibus, pedunc. geminis, cor. lobis trifidis. Lin. sub Convolv. Willd. p. 854. Hab. in China. Pistillum album, stigm. 2. capitata, purpurea. L.

17. *striata*, fol. cordatis attenuatis glabris, pedunc. fol. longioribus subquadrifloris, cor. glabris extus striatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Willd. l. c. sub Convol. In India. Cor. alba: fundo fusco-purpurascente. Stigma capitatum. V.

18. *parviflora*, fol. cordatis acuminatis glabris, pedunc. multifloris, calycibusque acuminatis villosis. Vahl. l. c. Ip. *paniculata*, caule volubili, fol. ovatis acuminatis, pedunc. paniculatis. Burm. ind. t. 21. f. 3. Hab. in Java.

19. *sibirica*, foliis cordatis acuminatis laevibus, pedunc. incrassatis 1-floris. Lin. sub Convolv. Hab. in Sibiria. Stigma 2-lobum.

20. *speciosa*, fol. cordatis subtus tomentoso-sericeis, pedunc. petiolo longiorib. umbelliferis. Ait. Kew. 1. p. 211. Smith. ic. pict. t. 17. sub Conv. C. *nervosus*. Burm. ind. t. 20. f. 1. In India orient. Caul. volub. arboreus. Fol. subtus argentea. ♄

21. *purpurea*, foliis cordatis indivisis fruct. cernuis, pedicellis incrassatis. Roth. Cat. bot. 1. p. 37. Conv. purpureus. Lin. Ehr. pict. t. 7. f. 2. H. in Amer. Cor. colore variat.

22. *ciliolata*, volubilis glaber, fol. cordatis subciliatis, pedunc. longiusculis 1-floris, cal. laciniis lato-ovalibus obtusis. Michaux, 1. p. 137. sub Conv. Hab. circa urbem Knoxvile in Tennasse. Cor. ampla, tubulato-campanulata, alba. Stigmata subglobosa. M.

23. *tricolor*, fol. cordatis acuminatis flor. axillaribus subumbellatis, pedunculo caul. crassiore. Cav. l. c. p. 5. t. 208. Hab... Cor. tricolor, crenulata. Cal. violaceo-niger. C.

24. *glandulifera*, caul. volubili hirsuto, fol. cordato-subrotundis acuminatis, pedunc. subquadrifloris incrassatis, calycib. glanduliferis. Flor. Peruv. 2. t. 121. f. a. in Limae etc. segetibus. Flor. mane explicantur, hinc ab incolis *Auroras* denominatur haec planta.

25. *tamnifolia*, fol. cordatis acuminatis

pilosis, flor. aggregatis. Lin. Willd. p. 886. Dill. elth. t. 318. f. 414. Habit. in Carolina.

26. *sagittata*, fol. glaberrimis inferiorib. cordatis, superioribus sagittatis, pedunc. subunifloris. Desf. atl. 1. p. 177. Poir. it. p. 122. Cav. ic. 2. t. 107. Conv. Wehleri. W. sp. p. 845. In Barbaria et Hispania (prope oppidum Castulo) ad lacuum et maris ripas. Sem. lanata. ♄

27. *hastata*, fol. sagittato-hastatis, pedunc. bifloris. L. Burm. ind. 50. t. 18. f. 2. Hab. in Java. Flor. lutei.

28. *glaucifolia*, foliis sagittatis postice truncatis, pedunc. bifloris. Linn. Dill. elth. t. 87. f. 101. Hab. in Mexicae arvis.

29. *acutangula*, fol. sagittato-triangularibus, angulis posticis dentatis, caule tereti, pedunc. 3-5-floris fol. longitudine. Fl. Per. 2. p. 11. t. 119. f. b. (I. angulata.) Hab. in Pozuzo. nemoribus. Cor. coccinea. ☉

30. *angustifolia*, fol. hastato-linearibus, pedunc. 1-floris. Jacq. coll. 2. p. 367. ic. rar. t. 317. Vahl. symb. 3. p. 25. In India.

31. *japonica*, fol. lanceolatis hastatis acutis: auriculis postice 1-dentatis, caule simplici. Vahl. l. c. Thunb. jap. p. 85. W. p. 849. In Japonia juxta Jedo et Nagazaki.

32. *simplex*, fol. lanceolatis integris, floribus solitariis. Thunb. prod. 36. Hab. in Cap. b. spei.

33. *hederacea*, fol. trilobis quinquelobisve cordatis, pedunc. unifloris, calycib. villosis. Willd. 2. p. 884. Jacq. ic. t. 36. Stigm. 3-lobum. Jacq. Habit. in America torrida. ☉

34. *triloba*, fol. trilobis cordatis, pedunculis trifloris L. Hab. in Amer. Cor. cylindricae, violaceae. ☉

35. *sanguinea*, fol. cordatis trilobis, lobis lateralibus postice angulato-sublobatis, peduncul. trifloris, calycibus glabris. Vahl. symb. 3. p. 33. Hab. in insula St. Crucis. ☉

36. *hederifolia*, fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemosis. Lin. Plum. spec. 3. t. 93. f. 2. Hab. in Amer. ☉

37. *hepaticifolia*, fol. trilobis. floríb. aggregatis. Lin. Burm. ind. 50. t. 20. f. 2. Fol. superiora 5-loba. Lam. ill. p. 461. Sub Convolv. Hab. in Zeylona.

38. *punctata*, fol. cordatis trilobisque, cor. indivisis, fruct. erectis. Lin. sub Conv. hederaceo. Willd. p. 851. C. flore purpureo, cal. punctato. Dill. elth. p. 99. t. 83. f. 96. Hab. in utraque India et Africa. Stigm. 3-lobum. Jacq. ☉

39. *carolina*, fol. cordatis trilobisque villosis, cal. laevibus, caps. hirtis, pedunc. subbifloris. Lin. sub Conv. fol. profunde sublanceolato-3-lobis. Michaux. Flor. 1. p. 139. Hab. in Carolinae sepibus. ♃

40. *cuspidata*, fol. cordatis trilobis: lobis cuspidatis, pedunc. 1-floris, cal. laciniis linearibus basi hirsutis. Flor. Peruv. 2. p. 13. t. 119. f. a. Hab. in Peruviae petrosis Petioli longi. ☉

41. *villosa*, fol. cordatis trilobis: lobis acuminatis lateralibus extrorsum excavatis, pedunc. trifloris involucratis. Fl. Per. 2. p. 12. t. 121. f. 1. In Per. nemoribus et ad agrorum margines. Cor. caerulea. Caps. glabra.

42. *macrorhiza*, fol. cordatis lobatisque plicatis subtus tomentosis, pedunc subunifloris, rad. crassissima. Michaux. Flor. 1. p. 141. In Georgiae et Floridae maritimis. Cor. magna, alba. Sem. lanuginosa. †

43. *crassifolia*, caule erecto ramoso, fol. reniformibus emarginatis subplicatis, pedunc. axillaribus subtrifloris petiolo brevioribus. Cav. Descr. p. 100. Habit. in Guayaquil.

44. *stans*, caule erecto suffruticoso ramoso, fol. cordatis truncatis sinuato-dentatis. Cav. ic. 3. p. 26. t. 250. Hab. .

45. *Nil*, foliis cordatis trilobis, coroll. semiquinquefidis, pedunc. petiolo brevioribus. Linn. Willd. sp. 2. p. 851. sub Ipomoea. Cur. mag. t. 188. Hab. in Amer.

46. *barbata*, cordatis trilobis, pedunc. subunifloris retortis, cal. barbatis. Roth. Cat. 1. p. 37. Dill. elth. t. 88. f. 92.

47. *varia*, fol. cordatis lobatisque, pedunc. unifloris erectis, cal. laciniis dorso barbatis: 3 exterioribus cordato-lanceolatis. Roth. Cat. p. 17. Convolv. pilosus. Moench. meth. p. 432. Rad. fusiformis. An eadem ac I. hederacea? ♃

48. *tridentata*, fol. oblongis tricuspidatis: basi dilatato-dentatis, pedunc. 1-flor. incrassatis 4-gonis. Roth l. c. p. 19. Conv. tridentatus. Lin. W. Sp. 1. p. 848. Rheede 11. t. 65. In Indiae aridis. Caps. 2-locularis, 4-sperma. Stigm. 2, globosa. ☉

49. *pentaphylla*, caule fruticoso filiformi volubili, fol. quinatis glabris, flor. axillaribus, pedunc. solitario. Cav. ic. 3. p. 29. t. 256. Hab.. Pedunc. axillares 1-3-flori. Cor. limb. crenulatus.

50. *pilosa*, caule scandente piloso, fol. quinatis pilosis integerrimis. Cav. ic. 4. p. 11. t. 323. Conv. 5-phyllus. Linn. Ipomoea.

Jacq. pl. rar. v. 2. Hab. in Amer. calidiore. Caul. et petioli longi valde pilosi. ⊙

51. *muricata*, foliis quinatis linearibus angustis sessilibus, cal. muricatis. Cav. ic. l. c. f. 2. Hab. in Huanujuato. Caps. 2-locularis.

52. *ternifolia*, fol. ternis linearibus angustis petiolo communi longioribus. Cav. 5. p. 52. t. 478. Hab. in Apuloo viciniis Flor. axillares.

53. *parviflora*, fol. cordatis quinquelobato-palmatis, umb. axillaribus pedunculatis, cal. capsulisque pilosis. Vahl. symb. 3. p. 34. Sloan. hist. 1. t. 97. f. 1. Hab. in ins. St. Crucis. Affinis. I. trilobae. ⊙

54. *heterophylla*, foliis palmatis: lobis lateralibus superne lobulo erectiusculo auctis. Orteg. Dec. plant. p. 9. Habit. in Nova Hispania et in ins. Cuba.

55. *sinuata*, fol. palmato-pedatis septemlobis: lobis lanceolatis inaequaliter sinuatis, pedunc. 1-floris. Ortega Dec. 7. p. 84. Conv. dissectus. Jacq. hort. 2. t. 159. Cresc. cum priore.

56. *Papirin*, fol. palmatis cordatis: lobis quinis lanceolatis, pedunc. 1-floris, radice tuberosa. Flor. Peruv. 2. p. 11. t. 120. f. a. Hab. in Tarmae collibus. Radix uti sequentis vi drastica gaudet.

β ? *subtriloba*, fol. cordatis subtrilobisque, pedunc. 1-floris, rad. tuberosa. Flor. Per. l. c. Cum priore. Cor. etiam purpurea. ♃

57. *tuberosa*, fol. palmatis, lobis septenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. Lin. Plum. am. t. 276. f. 6. Hab. in Jamaica. Cor. sulphurea. ♃

58. *digitata*, fol. palmatis: lobis septenis lanceolatis obtusis, pedunc. trifloris. Lin. Plum. Sp. 3. ic. 92. f. 1. In America. Cor. coccinea.

59. *Pes tigridis* (tigrina), villosa, fol. palmatis flor. aggregatis. Lin. Herm. Lugd. t. 187. Dill. Elth. t. 318. f. 411. Hab. in India. ⊙

Obs. Ipomoea *bracteata*, bracteis latis venosis carneis plicatis distichis. Cav. ic. 4. p. 51. t. 477. ob corollae limbum integerrimum revolutum, filam. glabra, stigm. simpliciter ovatum distinctum genus efficere videtur. In opere botanico: *Encyclopédie méthodique*, vol. 3. p. 534-568. plures sub genere Convolvuli descriptae extant species, quae ob stigma capitato-didymum verae Ipomoeae videntur. Interea duo haec genera charactere nimis artificiali, quo affinitas inter quasdam species aliquando dilaceratur, inter se disjunguntur.

418. DIAPENSIA. *Cal.* 5-phyllus imbricatus foliolis tribus. *Cor.* hypocrateriformis: limbo 5-fido plano. *Stam.* tubo cor. imposita. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

1. *lapponica*, floribus pedunc. Linn. Flor. dan. t. 47. Hab. in alpibus lapponicis. Sedi facie, Aretiis affinis. ♃

419. COBÆA. *Cal.* inferus persistens, 5-gonus: angulis basi compresso-alatis. *Cor.* campanulata. *Stam.* declinata. *Stigma* 3-fidum. Germ. cinctum corpore glanduloso. *Caps.* obovata, 3-locularis, *recept.* 3-gono disticta. *Sem.* imbricata, marginata.

1. *scandens*. Cav. ic. 1. p. 11. t. 16 et 17. et vol. 5. p. 69. t. 500. *bis.* Habit. prope Mexico et in Acapulco. Caul. longissimus, scandens. Fol. pinnata cirrhosa: pinnulis ovatis. Cor. maxima, violacea. E Bignoniarum familia. C.

420. MACROSTEMA. *Cal.* inferus persistens, semiquinque partitus. *Cor.* infundibuliformis: lacin. lanceolatis. *Stam.* longissima exerta, basi nuda. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis: dissepimento valvulis parallelo cruciata. *Sem.* solitaria.

1. *vitifolia*. Calboa Cav. ic. 5. p. 51. t. 476. in honorem cujusdam medici secul. 16. *Calbo* sic dicti. Hab. in Amer. septentr. Caul. scandens. Pedunc. axillares multiflori.

POLEMONIDEAE. Cal. inferus, persistens. Cor. regularis, quinqueloba. Stam. 5, in medio tubi inserta. Caps. 3-locularis, 3-valvis: valvis medio intus septiferis, receptac. centrali 3-gono. Caul. herbaceus aut frutescens. Fol. alterna aut opposita. Vid. Juss. gen. pl.

421. POLEMONIUM. *Cor.* 5-partita, fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* 3-locularis, supera.

1. *caeruleum*, fol. pinnatis (17), florib.

erectis, calycib. cor. tubo longiorib. Lin. Flor. dan. 255. Willd. Sp. 2. p. 886. β. *alba*, flor. albis. In Europa et Asia. ♃

2. *reptans*, rad. repente, fol. pinnatis septenis, florib. terminalibus nutantibus. Lin. Lam. ill. t. 106. f. 2. Mill. dict. t. 209. Hab. in Virginiae montibus. ♃

3? *dubium*, fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceolatis. Linn. Habit. in Virginia. Stylus semibifidus. †

4? *Roëlloides*, erectum, caule filiformi, fol. lanceolatis ciliatis, panic. pauciflora pedunc. nuda. Linn. suppl. p. 139. Hab. in Cap. b. spei. †

5. *Campanuloides*, erectum glabrum, fol. lineari-lanceolatis integris erectis, flor. terminalibus solitariis. Linn. suppl. 139. Hab. in Cap. b. spei. An potius Campanula?

Obs. Ambae hae posteriores species germine infero a Polemoniis recedunt. Lam. ill. p. 472; hinc hujus generis non sunt.

422. PHLOX. *Cor.* hypocrateriformis. *Filam.* inaequalia. *Stigma* 3-fidum *Cal.* prismaticus. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

1. *paniculata*, caule alto laevi, foliis lanceolatis margine scabris, corymbis paniculatis, cor. laciniis rotundatis. Ait. Kew. 1. p. 205. Willd. Sp. 2. p. 839. Dill. elth. 205. t. 166. f. 203. Fol. undulosa. Cal. aristati. Michaux. Hab. cum omnibus fere speciebus in Amer. septent. ♃

2. *undulata*, fol. oblongo-lanceolatis subundulatis margine scabris, caule laevi, corymbis paniculatis, cor. laciniis subretusis. Ait. Kew. 1. p. 205. Hab. in America boreali. ♃

3. *triflora*, caul. erectis subpubescentibus, fol. lanceolatis glabris, corymborum ramis subtrifloris, cal. dentibus linearibus. Michaux Flor. 1. p. 143. Hab. in Carolina superiore. Humilis.

4. *latifolia*, caule erecto laevi, foliis subcordato-ovalibus, flor. fastigiato-corymbosis. Michaux. In Carolinae sylvis sphagnosis. Cor. majusculae laciniae suborbiculatae.

5. *aristata*, caule debili pubescente, panic. e racemis laxis et subgeminifloris fastigiata, aristis calycin. longissimis. Mich. p. 144. Var. corolla roseo-purpurascent. β. et cor. albido-rosea. Hab. in Carolina ad ripas amnis Santée, et β. circa Knoxville.

6. *suaveolens*, (*candida*), fol. ovato-lanceolatis undique laevibus, caule glaberrimo, racemo paniculato. Ait. Kew. 1. p. 206. Hab. in America boreali. Flores albi leviter suaveolentes. Ait. ♃

Obs. Var. sequentis secundum Michaux. Flor. 1. p. 143.

7. *maculata*, fol. oblongo-lanceolatis glabris, caule maculato scabriusculo, racemo corymboso. Ait. Jacq. hort. t. 127. Hab. in Virginia. ♃

8. *pilosa*, fol. lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali. Hab. in Virginia. ♃

9. *carolina*, fol. lanceolatis laevibus, caule scabro, corymbis subfastigiatis. Lin. Mart. cent. 10. t. 10. Hab. in Carolina. ♃

10. *glaberrima*, fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali. Lin. Hab. in Virginia. ♃

11. *divaricata*, fol. lato-lanceolatis: superioribus alternis, caule bifido, pedunc. geminis. Lin. Mill. dict. n.° 4. et ic. f. 1. Habit. in Virginia. ♃

12. *ovata*, fol. ovatis, florib. solitariis. Pluck. mant. 122. t. 348. f. 4. In Virginia. ♃

13. *reptans*, pubescens, caul. fertilibus erectis simplicibus, fol. radicalibus obovalibus, caulinis ovali-lanceolatis, corymbo paucifloro. Michaux p. 145. Cresc. in excelsis montibus Carol. occidentalis. Habitu quodammodo Bellidis. Corolla maxima caerulea.

14. *linearis*, fol. alternis linearibus, flor. terminalibus confertis. Cav. ic. 6. p. 17. t. 527. In urbis chilensis Talcahuano viciniis. Fol. mollia subvillosa. ⊙ ?

15. *biflora*, pubescens, fol. lineari-lanceolatis: inferioribus oppositis, pedunc. axillaribus geminis. Flor. Per. 2. p. 17. In R. chilensis arenosis. Pedalis. ⊙

16. *subulata*, fol. subulatis hirsutis, flor. oppositis. Lin. Pluck. alm. 233. t. 98 f. 2. Hab. in Virginia. Cor. lobi emarginati.

17. *sibirica*, fol. linearib. villosis, pedunc. ternis. Lin. Gmel. sib. 4. p. 87. t. 46. f. 2. H. in Asia boreali. Lobi cor. rotundati. ♃

18. *setacea*, fol. setaceis glabris, flor. solitariis. Lin. Pluck. alm. t. 98. f. 2. Hab. in Virginia.

19? *pinnata*, fol. pinnatis: pinnulis linearibus angustissimis, florib. axillaribus. Cav. l. c. t. 548. Habit. in Montevideo et in N. Hispania. ♄

423. CANTUA. *Cal.* 1-phyllus tubulosus. *Cor.* infundibulif. 5-partita : laciniis obcordatis s. emarginatis. *Germ.* corpori glanduloso insidens. *Stigm.* 3-partitum. *Caps.* subtrigona, 3-locularis, trivalvis *Sem.* imbricata, margine membranaceo cincta.

1. *uniflora*, fol. glabris ovatis integris (nonnullis quadrifido-dentatis), florib. solitariis. Pegiphragmos uniflorus. Fl. Per. 2. p. 18. Cantua ovata. Cav. ic. 4. p. 43. t. 363. Hab. in Peruviae sepibus.

Obs. Nomen vernaculum *Cantu*, unde nomen genericum ortum. Auctores Flor. Per. et Chilensis hoc genus Periphragmos denominant.

2. *dependens*, fol. obovatis acuminatis, aveniis : ramis pendulis. Flor. Per. 2. l. c. t. 133. Cresc. in Peruviae versuris.

3. *buxifolia*, fol. ovato-lanceolatis subsessilibus inferne pubescentibus, flore tubuloso, stam. inclusis. Lam. ill. gen. t. 106. f. 2 Hab. in Peru. ♄

4. *tomentosa*, fol. sublanceolatis sessilibus utrinque tomentosis, stam. corollae subaequalibus. Cav. ic. 6. p. 43. t. 364. In Peru. Rami tomentosi. ♄

5. *flexuosa*, fol. lanceolatis acuminatis, flor. corymbosis. Flor. Per. 2. p. 17. t. 131. In Peruviae versuris. Fol. masticata colore luteo salivam imbuunt. C. pyrifolia Lam.? ♄

6. *foetida*, fol. lanceolatis glabris, pedunc. subtrifloris. Flor. Peruv. l. c. t. 132. Cresc. in umbrosis et ruderatis. Fol. amara et acidula, et, uti lignum, colorem luteum praebent. ♄

424. HOITZIA. *Cal.* duplex : interior 1 phyllus, tubulosus; exterior polyphyllus : foliolis 4-8 polymorphis serratis (Bractea?) *Cor.* infundibuliformis : laciniis ovatis. *Stigma*, caps. et semina uti in Cantua.

1. *coccinea*, caule fruticoso, fol. sessilib. ovato-acutis pubescentib. Cav. ic. 6. p. 44. t. 365. H. mexicana. L. ill. Cantua Hoitzia. Willd. Sp. p. 878. Habit. passim in regno Mexicano, copiose prope Guanajuato. ♄

2. *caerulea*, caule suffruticoso, foliis subsessilibus linearibus spinosis : Cav. l. c. t. 366. Cum priore. Cal. exterior translucidus. ♄

3. *glandulosa*, caule suffruticoso aspero, fol. ovato-lanceolatis petiolatis : rameis sublinearibus. Cav. l. c. p. 45. t. 367. Hab. inter Actopam et Salvatierra, oppida Mexicana. Caul. villosus : villis glanduliferis. C.

Obs. Praeter calyc. duplicem, folia hujus generis serrata et petala non emarginata sunt. Nomen vernaculum *Huitzitziltzin*, ex quo nomen Hoitzia Jussiaei.

425. GILIA. *Cor.* infundibuliformis. *Filam.* æqualia, incisuris cor. inserta prominula. *Stigmata* 3. *Caps.* 3-locularis, polysperma. *Sem.* nuda, nec marginata.

1. *laciniata*, fol. laciniato-pinnatifidis florib. capitatis. Fl. Per. 2. p. 17. t. 123. f. 6 Hab. in Peruviae collibus arenosis.

2? *coronopifolia*, fol. lineari-pinnatifidis, seminib. cubicis. Willd. Sp. p. 879. sublantua. Ipomopsis elegans. Michaux Flor. 1 p. 141. Ipomoea rubra. Lin. Hab. in Carolina.

426. BONPLANDIA. *Cal.* liber, tubulosus 5-dentatus. *Cor.* subbilabiata, 5-partita : lacin. emarginatis. *Stam.* declinata. *Stigma* trifidum. *Caps.* ovato-trigona, 3-locularis, 3-sperma. *Sem.* elliptica.

1. *geminiflora*, caule herbaceo, foliis alternis lanceolatis serratis, flor. axillarib. geminis. Cav. ic. 6. p. 21. t. 532. Hab. in Nova Hispania. Cor. violaceo rubra. Stam. filiformia. ⊙

427. NAVARRETIA. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* membranacea, 1-locularis, bivalvis.

1. *involucrata*, fol. pinnato-multifidis. Flor. Per. 2. p. 8 Hab. in Chile umbrosis et stagnosis ⊙

CAMPANULACEAE (gen. 428–435) distinguuntur calyce supero aut seminifero, corol. regulari campanulata aut rotata. s. uno latere fisso sublabiata : limbo 5-fido. Stamina numero sunt varia : 4–10, basi saepius dilatata germen cingentia, antheris distinctis aut connatis. Fructus inferus est aut bacca, aut drupa, aut capsula, haec 2-3-5-6-locularis. Caeterum sunt

autherbae aut passim frutices lactescentes. (Hic enumerantur genera pentandra monogyna , staminibus liberis.)

428. CAMPANULA. *Cor.* campanulata , fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-5-fidum. *Caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

* *Foliis laevioribus.*

1. *cenisia* , minuta . caul. unifloris , fol. ovatis glabris integerrimis subciliatis. Linn. Allion. ped. n.° 45. t. 9 f. 2. Willd. Sp. 2. p. 885. H b. in alpibus Helveticis inque Cenisii alpinis. Radix repens, alternatim emittens ramos terminatos fol. radicalibus. Caul. pollicares.

2. *uniflora* , caule unifloro , calyce cor. aequante. Fl. lapp. 85. t. 9. f. 5 6. Hab. in alpibus Lapponicis. ♃

3 *Bellardi* , caule nudo unifloro , foliis petiolatis elliptico-lanceolatis dentatis. Allion. pedem. n °. 396. t. 85. f. 5. Hab. in alpibus Italiae. ♃

4. *pulla* , caule uniflor. , foliis caulinis ovatis crenatis , cal. cernuis. Jacq. Fl. austr. 3. t. 285. Hab. in Austriae et Styriae alpibus. ♃

5. *Zoysii* , caule subtrifloro , cor. ovato-campanulatis , fol. integerrimis : radicalib. ellipticis petiolatis , caulinis sessilibus oblongis obtusis. Will. Jacq. ic. 2. t. 334 Coll. 2. p 122. Hab. in alpibus Carnioliae. ♃

6. *glauca* , fol. sessilibus ovatis serratis subtus glaucis , caule angulato paniculato , pedunc. unifloris. Thunb. jap. 88. Hab. in Japonia. ♃

7. *grandiflora* , fol. ternis oblongis serratis , caule unifloro , flore patulo. Linn. suppl. 140. Jacq. hort. 3 p. 4. t. 3. C. gentianoides , flor. turbinatis patulis , stigmate quinquefido. Lam. encyc. 1. p. 574. Hab. in Sibiria , Tartaria. Caul. tener. ♃

8. *tetraphylla* , fol. quaternis oblongis serratis. Thunb. jap. 87. Habit in Japonia. Flor. in ramis racemosi cernui.

9. *triphylla* , fol. ternis linearibus , flor. verticillato-ternis. Thunb. jap. 87. Hab. in Japonia. Radix fusiformis. ♃

10. *verticillata* , fol. floribusque verticillatis. Lin. suppl. p. 141. Pall. it. 3. p. 719. t. G. f. 1. Hab. in Davuria. ♃

11. *hederacea* , glabra , foliis cordatis quinquelobis petiolatis,caul. laxo. Lin. Flor. dan. t. 330. Engl. bot. t. 73. Hab. in Angliae , Galliae , Hispaniae et Daniae umbrosis , humidis. Caps. hemisphaerica.

12. *cochlearifolia* , caulib. simplicibus unifloris , fol. radicalibus cordato - subrotundis crenatis longissime petiolatis , caul. subpatulis , flor. cernuo Lam. enc. 3. p. 578. W. p. 914. C. *fragilis*. Cyrilli. Barel. ic. 454. Hab. in Alpibus et Italiae montosis. Petioli apice subdilatati.

13. *rotundifolia* , (decipiens) ramosissima diffusa , fol. radicalibus (cito pereuntibus) subrotundis profunde crenatis, caulinis confertis angusto - linearibus. Flor. dan. t. 855. Curt. Lond. ic. Cresc. frequens in muris , ad saxa , in versuris agrorum.

β. *reniformis* , major , fol. radicalibus pluribus reniformibus persistentibus , caul. sparsis oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus. C. rotundifolia. β. Lam. enc. 1. p. 578. H. in monte Cantal in Auvergne.

γ ? *caespitosa* , adscendens late caespitosa , fol. omnibus acute serratis , inferioribus pluribus ovato-acuminatis , caulinis linearibus subsparsis. C. *caespitosa*. Scop. Lam. C. *pusilla*. Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 79. Hab. frequens in Europa australi et subalpinis ad saxa , truncos putrescentes.

δ. *tenuifolia* , fol. radicalibus oblongis, caul. linearib. caul. elongato gracili. Hoffm. Fl. germ. p. 100. In pratis, arvis.

14. *linifolia* , pubescens , fol. radicalib. obovato-subrotundis, caulinis lineari-lanceolatis subdentatis , caule subunifloro. W. p. 893. Jacq. Coll. 2. p. 81. C. uniflora , fol. integerrimis hirsutis subrotundis lanceolatis et linearibus, caule unifloro. Vill. Delph. 2. p. 500. t. 10. β ? C. Scheuchzeri, fol. subfalcatis lanceolato - linearibus, flore (unico) pendulo. Vill. 2. p. 503. t. 16. H. in pratis subalpinis et montosis Europae.

15. *flexuosa*, glabra , caule erecto flexuoso , ramulis confertis foliosis , fol. lanceolatis subremote serratis , flor. (parvulis) breviter paniculatis nutantibus. Michaux , Flor. 1. p. 109. Hab. in montibus altis Carolinae. Subpedalis.

16. *divaricata* , subnitens erecta , foliis membranaceis remote serratis , panicula ramulis subaphyllis divaricatis , flor. (parvulis) nutantibus. Mich. l. c. Cum priore.

17. *filiformis* , caps. bilocularibus apice dehiscentibus , fol. linearibus . inferioribus denticulatis , florib. terminalibus ternatis. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. 5. Hab. in aridis Concept. Chile. Fol. distantia.

18. *gracilis* , fol. lineari-lanceolatis ob-

solete serratis, caule dichotomo, pedunc. terminalibus elongatis 1–floris. Forst. prod. n. 87. C. vincaeflora. Jardin de Malmaison. ic. Hab. in N. Zeelandia.

19. *pubescens*, caule hirsuto, fol. glabris: radicalibus cordatis; caulinis oblongis dentatis petiolatis. Willd. p. 894. Schm. bohem. n. 167. Habit. in rupibus sylvae Bohemicae. Facies fere C. rotundifoliae. γ. Willd. ♃

20. *Linarioides*, caul. virgatis, apice ramoso–paniculatis, fol. linearibus sparsis exiguis, flor. erectis terminalibus. Lam. enc. 1. p. 573. Hab. in Bonaria in Monte Video. Facies Antirrhini Linariae. Lin.

21. *carpathica*, foliis omnibus cordatis serratis petiolatis glabris, ramis filiformib. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 219. Jacq. hort 1. p. 22. t. 57. Hab. in montib. Carpathicis. ♃

22. *Lobelioides*, caul. teretibus strictis glabris, fol. lineari–lanceolatis denticulatis, cor. infundibuliformibus trifidis quadrifidisque. Ait. Kew. 1. p. 219. Hab in locis latebrosis Maderae. Cor. minutissimae albo–purpurascentes. ☉

Obs. Var. cal. tripartito et quinquepartito, corol. limbo tripartito et quinquepartito, etiam stam. 3–5. Lin.

23. *porosa*, fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, caule punctato–scabro, flor. racemosis. Thunb. prod. p. 39. C. fol. lanceolatis laevibus, caule erecto sursum punctis porosis. Lin. suppl. 142. Hab. in Cap. b. spei.

24. *undulata*, fol. lanceolatis undulatis glabris, floribus racemosis, caule calycibusque glabris. Thunb. prod. 39. Hab. ad Cap. b. spei.

25 *linearis*, herbacea erecta, fol. linearibus integris glabris, flor. cernuis, caps. hispidis. Lin suppl. 140. Hab. ad Cap. b. spei.

26. *sessiliflora*, prostrata, fol. lineari–subulatis integris, flor. axillaribus solitariis sessilibus. Lin. suppl. 139. Cum priore.

27. *patula*, foliis strictis: radicalibus lanceolato–ovalibus, panicula patula, cal. denticulato. Smith brit. 1. p. 235. Engl. bot. t. 42. Flor. dan. t. 373. β. C. decurrens, fol. caulinis lanceolatis serratis decurrentibus. Lin. Fl. suec. 1. n.° 178. Hab. in sylvis, arvis, pascuis, ad sepes. Fol. lactescentia, amara, subcrenata. Fl. teni. ♂

28. *Rapunculus*, radice fusiformi, fol. undulatis pilosis, radicalibus lanceolato–ovalibus, panicula coarctata. Linn. Engl. bot. t. 283. Rapunculus esculentus. Bauh. pin. 92. In sylvaticis, graminosis, arvis. Caul. multangulus, strictus, basi hirsutus. Cor. subparva. ♂

29. *alata*, caule simplici, foliis glabris lato–lanceolatis decurrentibus, flor. sessilib. terminalib. Desf. atl. 1. p. 178. t. 50. Hab. in Atlante prope Macane. Fol. profunde serrata.

30. *unidentata*, erecta glabra, fol. lanceolatis acutis utrinque unidentatis, panicula divaricata foliosa. Lin. suppl. 139. Hab. in Cap. b. spei. Caul. simplicissimi.

31. *fasciculata*, fruticosa erecta, fol. ovatis subunidentatis recurvis, flor. glomeratis terminalibus. Lin. suppl. 139. Thunb. prod. 39. Cum priore. ♄

32. *persicifolia*, glabra, fol. radicalib. obovatis: caulinis lanceolato–linearibus subserratis sessilibus remotis. Linn. Bull. t. 367. β. Rap. nemorosus angustifolius, magno flore. Bauh. pin. 93. Hab. in asperis, sylvaticis. ♃

33. *pyramidalis*, foliis laevibus serratis cordatis: caulinis lanceolatis, caul. junceis simplicibus, umbellis sessilibus lateralibus. Lin. Pyramidalis laevis. J. Bauh. hist. p. 808. Hab. circa Idriam et in Carniolia. Caul. ab imo ad apicem ramulos florigeros profert.

34. *americana*, fol. cordatis lanceolatisque, petiolis inferioribus ciliatis, flor. secundis, corol. quinquepartitis planis. Lin. Ait. Kew. 1. p. 220. C. planiflora. Lam? Hab. in Pensylvania. Stylus corolla longior. ☉

35. *nitida*, fol. oblongis crenatis laevigatis, caulinis lanceolatis subintegris, cor. campanulato–rotatis. Ait. Kew. 1. p. 221. Dodart. mem. 4. p. 119. t. 118. Habit. in America boreali. ♃

36. *lilifolia*, fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus. Lin. Gmel. sib. 3. t. 26. Hab. in Sibiria, Tartaria. ♃

37. *stylosa*, fol. petiolatis subcordatis acute serratis, flor. (parvis) nutantibus, stylo longe exerto. Lam. enc. 1. p. 580. Gmel. sib. 3. t. 27. In Sibiria et Tartaria. Diversa a priore?

β? *periplocifolia*, fol. cordatis serratis longe petiolatis, caul. adscendentibus multifloris. Lam. l. c. Cresc. cum priore, cujus varietas?

38. *limonifolia*, ramis patentibus simplicibus, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, caulinis linearibus subulatis, flor. sessilibus ternis. Lin. Willd. 2. p. 914. Hab. in Oriente. ⊙

39. *virgata*, ramis virgatis, fol. lanceolatis utrinque acutis dentatis scabriusculis, cor. profunde partitis, flor. subspicatis sessilibus. Billard. pl. Syriae. 2. p. 11. t. 6. Phyteuma virgata. Willd. Sp. 2. p. 924. Habit. in Libano. ♂

40. *acuminata*, glabriuscula, caule stricto, fol. ovato-lanceolatis in longum acumen desinentibus subserratis, spica fasciculato-multiflora, cor. subulatis. Mich. Fl. 1. p. 108. Dodart mem. 4. p. 119. t. 18. In remotis occidentalib. Pensylv. et Virgin.

41. *ensifolia*, fruticosa, fol. ensiformibus serratis glabris, florib. paniculatis nutantibus. Lam. enc. 1. p. 575. Hab. in monte ignivomo insulae Borboniae. E medio rosulae foliorum assurgit caulis paniculatus sexuncialis fol. sessilibus distantib. minoribus instructus. Lin. ♄

42. *rhomboidea*, fol. rhomboidibus serratis, caulinis ovatis serratis, spica secunda, calyc. dentatis. Habit. in alpibus. ♃

43. *Alpini*, foliis lanceolatis serratis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus, flor. nutantibus, stylo exerto. Lam. enc. 1. p. 681. Lin. Sp. 2. p. 1669. Habit. in umbrosis, humidis Italiae prope Bassano.

44. *crispa*, fol. laevibus petiolatis subcordatis duplicato - serratis incisis, caule simplici, flor. lateralibus et terminalibus patulis. Lam. l. c. Tournef. Cor. 3. Hab. in Armenia.

** *Foliis scabris.*

45. *latifolia*, foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, flor. solitariis pedunculatis, fructibus cernuis. Lin. Engl. bot. t. 302. Flor. dan. t. 85. Hab. in montosis, sepibus. ♃

* *urticifolia*, caule angulato hispido, fol. ovato-lanceolatis grosse serratis, pedunc. unifloris axillaribus cernuis, calyc. hispidis. Schmid. bohem. n.° 173. Willd. Sp. 2. p. 900. Hab. in Germaniae et Bohemiae nemoribus umbrosis. ♃

46. *Rapunculoides*, rad. repente, fol. cordato - lanceolatis, caule ramoso, flor. secundis, sparsis, calycibus reflexis. Lin. Moris. s. 5. t. 3. f. 32. Habit. in Helvetiae, Galliae, Angliae, Germaniae siccissimis. Cal. scaber. Cor. C. Rapunculi. ♃

47. *bononiensis*, fol. ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. Moris. s. 5. t. 4. f. 38. Habit. in Baldi, Lessinensium jugis, Bononia, Carniolia. Caul. habitu Verbasci nigri. ♃

48. *vesula*, pubescens, foliis oblongis obtusis crenatis, caule unifloro. Willd. C. uniflora, fol. glabris ovalibus dentatis, caul. subnudo, cal. glabro. Allion. ped. n.° 397. t. 7. f. 1. In Italia ad radicem montis Vesu. ♃

49. *bicaulis*, hispida, caule gemino 1-floro, radice crassiuscula. Lapeyrouse Fl. Pyren. ic. In Pyreneis in monte Rancié.

50. *ptarmicaefolia*, fol. linearibus margine ciliato-serratis, flor. sessilibus erectis. Willd. p. 902. Lam. enc. 1. p. 573. Hab. in Armenia.

51. *graminifolia*, fol. lineari-subulatis, capitulo terminali. Lin. Col. phyt. 2. t. 54. Barr. ic. 332. In Italiae, Carnioliae montibus, Aprutii Salmone vicinis. Similis Phyteumae hemisphaericae. Caul. simplicissimi, vix foliis longiores. Linn. ♃

52. *Trachelium*, caule angulato, foliis petiolatis cordato-lanceolatis acute serratis, cal. ciliatis, pedunc. trifidis. Engl. bot. t. 12. Flor. dan. t. 1026. Hab. in sepibus et nemorosis. Fructus lacunoso-torulosus. ♃

12. *bubalina*, capitulis terminalib. pedunculatis, fol. oblongis glabris. Linn. suppl. sub Lonicera. Hab. ad Cap. b. spei. Cal. hirtus dentibus recurvis. Cor. hirta Symphyti.

Obs. Ob affinitatem, quae secundum ill. Jussieu, (vid. Ej. gen. pl.), extat inter hanc et antecedentem plantam, forte genere a

Cephaelibus separandam, sub hoc genere militet, donec accuratius inquisita sit; saltem non Lonicera est.

13. *emetica*, herbacea procumbens, fol. lanceolatis glabris capitulis axillarib. pedunculatis paucifloris. Lin. suppl. p. 144. sub *Psychotria*. Willd. Sp. pl. 2. p. 968.

Obs. Haec species in Act. Soc. Linn. Lond. v. 6. p. 137. t. VI. sub peculiari genere: *Callicocca* proposita, secundum observationes cl. Richardi huc potius pertinet.

453. BERTIERA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* 2-locularis polysperma.

1. *gujanensis*. Vahl. symb. 3. p. 33. Aubl. guj. 1. p. 180. t. 69. Lam. ill. t. 165. Hab. in sylvis Gujanae et Cajennae. Frutex ramis tomentosis. Flor. paniculati. ♄

454. DUHAMELIA. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 5-locularis, infera, polysperma. (Racemi partiti: flor. secundis.)

1. *patens*, ramis sulcatis, fol. 3-4-oblongo-lanceolatis pubescentibus, floribus cymosis secundis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 221. f. a. Jacq. amer. pict. p. 39. t. 72. Lam. enc. 3. p. 65. Willd. Sp. 2. p. 980. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae et in Peruviae Andium nemoribus ac in Pozuzo versuris. Cal. ruber. ♄

2 *sphaerocarpa*, ramis teretibus, fol. ternis oblongis utrinque hirsutis, florib. subcorymbosis. Flor. Per. l. c. t. 221. f. b. Cresc. in Peruviae nemoribus. Corolla croceo-punicea. ♄

3. *axillaris*, subherbacea, racemis axillaribus, flor. subsecundis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 443. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae fruticetis saxosis juxta rivos. ♄

4. *Chrysantha*, racemis terminalibus, fol. oblongis cuneatis acuminatis glaberrimis, flor. pedicellatis. Swartz. l. c. p. 444. Jacq. ic. rar. 2. t. 335. Plum. amer. 212. t. 218. f. 1. In fruticetis montosis Jamaicae occid. et ad Caracas.

5. *ventricosa*, racemis terminalibus axillaribusque, cor. campanulatis ventricosis, fol. ternis. Swartz. p. 446. Ham. grandiflora. L'Her. sert. angl. 4. t. 7. Hab. in Jamaicae collibus et fruticetis aridis. ♄

6. *glabra*, fol. utrinque glabris, fructibus congestis sessilibus. Lam. enc. 3. p. 65. Amajoua gujanensis. Aubl. guj. 2. sup. 13. t. 375. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

455. SABICEA. *Involucrum* 2-4-phyllum. *Cor.* hypocraterif. 5-infundibulif. *Stigma* 5-partitum. *Bacca* 5 locularis, polysperma. (Numerus partium passim quaternarius.)

1. *hirta*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, flor. pedunculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 450. Schwenkfeldia. Willd. Sp. 2. p. 982. Hab. in Jamaica. ♄

2. *cinerea*, fol. oblongis acutis tomentosis, subtus incanis, flor. subsessilibus. Swartz. p. 452. Aubl. guj. 1. p. 192. t. 75. Habit. in sepibus Cajennae, Gujanae. ♄

3. *aspera*, caule volubili, fol. ovatis acutis asperis subtus villosis. Aubl. guj. 1. p. 197. t. 76. Hab. in Gujana ad fluviorum ripas. ♄

4. *umbellata*, fol. ovatis acutis, pedunc. axillaribus umbellatis. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. a. sub Schwenkfeldia. Hab. in Andium nemoribus. Suffruticosa volubilis, subhispida. Bacca hirsuta, albicans.

5. *diversifolia*, fol. altero minimo, flor. axillaribus conglomeratis. Peculiaris haec species detecta in insula Mauritia a Dom. Aubert. Fol. majus late ovatum obtusum minus primo obtutu bracteaeforme, ita ut folia alterna videantur.

456. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis, tubo apice subventricoso, laciniis subrotundis planiusculis. *Caps.* subrotunda, coronata, 2-locularis. *Sem.* plura aut solitaria.

* *Seminibus pluribus.*

1. *americana*, (*dichotoma*), foliis sessilibus, panic. dichotoma. Lin. Willd. Sp. 2. p. 930. Plum. gen. ic. 142. f. 1. Lam. ill. t. 162. f. 1. Hab. uti omnes fere sequentes in Amer. merid.

2. *odorata*, foliis petiolatis subovatis obtusis. L. Jam. amer. edit. picta. t. 61. Hab. in Amer. rupestribus ventricosis, maritimis. Flor. pulchri miniati, violam redolentes. In quibusdam Linnaei operib. haec species errore typographico *obovata* audit.

3. *trifoliata*, fol. ternis, subtus to-

mentosis. Jacq. amer. 60. t. 43. ed. picta. t. 62. Ehret. pict. t. 15. Hab. in Amer. Fruct. adhuc observandus.

4. *virgata*, foliis subrotundis, ramis filiformibus patentibus, pedunc. trifidis, flor. ternis confertis tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 354. Hab. in fruticetis maritimis Hispaniolae. ♄

5. *pilosa*, fol. ovatis utrinque pilosis, pedunc. axillaribus fol. brevioribus trifidis, floribus tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 356. R. triflora. Vahl. symb. 3. p. 34. t. 54. Hab. in ins. St. Crucis et Montserrat. ♄

6. *buxifolia*, fol. obovatis glabris, flor. tetrandris axillaribus solitariis. Vahl. eclog. amer. Fasc. 2. t. 12. Hab. in ins. Montserrat.

* *Seminibus subsolitariis.*

7. *thyrsoidea*, fol. oblongis acutis membranaceis subtus pubescentibus, thyrsis axillarib. Swartz. l. c. p. 358. Hab. in collibus aridissimis Jamaicae. ♄

8. *racemosa*, fol. lanceolato-ovatis acuminatis utrinque glabris, stipulis ellipticis acumine brevi, racemis axillaribus dichotomis patulis. Swartz. Fl. p. 360. Brown. jam. 143. t. 2. f. 3. Hab. in Jamaicae sylvestrib. montium. R. thyrsoideae et laurifoliae proxima. Sw. ♄

9. *laurifolia*, fol. lanceolato-oblongis acutis utrinque glabris. Swartz. Fl. ind. occ. I. Brown. jam. 143. t. 2. f. 2. Hab. in fruticetis Jamaicae. ♄

10. *tomentosa*, fol. ovatis acuminatis tomentosis, pedunc. tripartitis axillaribus brevibus. Swartz. l. c. Petesia stipularis. Lin? Hab. in Jamaicae collibus petrosis umbrosis. ♄

11. *umbellulata*, fol. lanceolato-ovatis acutis subhirsutis, pedunc. axillar. apice trichotomis, flor. subumbellatis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 367. Hab. in Jamaic. rupibus petrosis juxta fluvios. ♄

12. *incana*, fol. ovato-lanceolatis subtoincanis scabris, pedunc. axillar. simplicibus trifloris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 369. Hab. rarius in Jamaicae montibus petrosis calcareis. ♄

13. *hirsuta*, fol. oblongis acutis hirsutis, pedunc. axillar. dichotomis laxis, flor. hirsutis. Swartz. Hab. in fruticetis montium Jam. austr. ♄

14. *hirta*, fol. oblongis acuminatis hirtis rigidis subtus nervosis, pedunc. axillarib. trichotomis erectis. Swartz. Ait. Kew. 1. p. 227. Hab. in fruticetis montosis Jam. cum priore. ♄

Obs. Quae in hac subdivisione enumeratae sunt species, ulterius examinandae sunt, quarum nonnullae hujus generis haud videntur.

457. MACROCNEMUM. *Cal.* campanulato-cyathiformis. *Cor.* campanul. aut infundibuliformis. *Caps.* 2-locularis. *Sem.* imbricata.

1. *jamaicense*, corymbis axillaribus elongatis nudis. Willd. Spec. 2. p. 933. Swartz. obs. 68. t. 3. f. 1. Hab. in Jamaicae austr. locis umbrosis ad rivulorum ripas. ♄

2. *candidissimum*, corymbis terminalibus brevibus paucifloris bracteatis, bracteis coloratis subrotundis. Willd. p. 934. Vahl. symb. 2. p. 38. t. 30. Habit. in vicinia St. Marthae. ♄

3. *coccineum*, panicula terminali elongata bracteata, bracteis longissimis coloratis. Willd. Vahl. symbol. 2. p. 38. t. 29. Hab. in ins. Trinitatis Americae. ♄

4. *corymbosum*, fol. ovato-oblongis basi excavatis carinatis rugosis sessilibus corymb. magnis. Flor. Peruv. 2. p. 48. t. 189. Hab. in Andium collib. Cor. crassa. Caps. fusco-purpurasc. tandem atra.

Obs. Quamvis cortex hujus speciei parum amarus sit, collectores tamen Cinchonarum cortici illum admiscere solent, quae fraus facile dignosci potest, cum cortex Macrocnemi intus albus sit, et sapore amariusculo viscido gaudeat. Flor. Per. p. 48.

5. *microcarpon*, foliis oblongis obtuse acuminatis subtus pubescentibus, racemis terminalibus, flor. congestis sessilibus. Fl. Per. 2. p. 48. t. 188. Habit. in Chinchao et Cuchero nemoribus imis, calidis. Cor. laciniae reflexae.

6. *venosum*, fol. oblongis acuminatis venosissimis lineatis, nervo venisque pubescentibus, racemis terminalibus. Flor. Per. l. c. t. 119. f. 6. In Peruv. nemoribus calidis. Stipulae strictae rub scunt.

Obs. Tres haec Peruviae species a charactere generico parum differre videntur.

458. NONATELIA. *Cal.* 5-dentatus.

Cor. tubulosa. *Bacca* striata, 5-locularis, 5-sperma.

1. *racemosa.* Aubl. guj. p. 186. t. 72. Oribasia. Schreb. Psychotria. Willd. Spec. 2. p. 966. Hab. in sylvis Gujanae. Ceterae Nonateliae Aubletii alius sunt generis. ♄

459. VANGUIERA. *Cor.* campanulato-globosa, fauce pilosa. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* pomiformis, 4-5-locularis, 4-5-sperma.

1. *edulis.* Vahl. symb. 3. p. 36. et in Act. Soc. Hafn. 1. p. 208. t. 7. Juss. gen. pl. 229. Lam. ill. t. 159. Willd. Sp. 2. p. 976. Hab. in India. Arb. Flor. corymboso-cymosi. Sem. amygdalina. J.

460. DENTELLA. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* infundibuliformis laciniis tridentatis. *Caps.* 2-locularis polysperma.

1. *repens.* Forst. prod. n.° 98. Lam. ill. t. 118. Oldenlandia repens, caps. subsessilib. hispidis, fol. lanceolatis. Lam. mant. 40. Burm. ind. 38. t. 15. f. 2. Rumph. 6. t. 170. f. 4. Hab. in India orientali et Nova Caledonia. Caps. undique pilis obtusis cavis pellucidis obtecta. Lin.

461. SERISSA. *Cor.* infundibuliformis, fauce ciliata, limbi laciniis subtrilobis. *Bacca* 2-sperma.

1. *foetida.* Willd. Sp. 2. p. 1061. Lycium japonicum. Thunb. t. 17. L. foetidum. Lin. suppl p. 150. Hab. in India, Japonia. Fol. venosa. Cor. alba. In India in hortis Buxi ad instar adhibetur.

462. SIPANEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, 5-loba. *Caps.* coronata, 2-locularis, 2-partibilis, polysperma.

1. *pratensis.* Aubl. guj. 1. p. 148. t. 56. Lam. ill. t. 151. Virecta pratensis. Vahl. Eclog. Amer. 2. Hab. in Guiana.

463. VIRECTA. *Cal.* 5-dentatus: dentibus interjectis. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* bipartitum. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

1. *biflora*, fol. ovatis, pedunc. bifloris. Lin. suppl. 134. Vahl. symb. 2. p. 38. Ejusd. ecl. 2. W. Sp. 2. p. 972. Rondeletia biflora, caule filiformi repente, pedunc. biflor. Rotth. Descr. pl. rar. Surinam. p. 7. t. 2. f. 2. Hab. in Surinami subhumidis. Herba tenera Mercurialis annuae. Corolla rubescens: ore albo. Lin. ☉

464. SOLENA. *Cal.* 5-fidus superus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longissimo, fauce pilosa. *Style* filiformis. *Stigma* trifidum. *Bacca* unilocularis, polysperma. (Cyrthantus. Schreb.)

1. *longiflora.* Willd. Sp. 2. p. 961. Posoqueria longiflora. Aubl. guj. 1. p. 134. t. 51. Lam. ill. t. 163. Hab. ad ripas fluviorum Gujanae. Flor. corymbosi. Cor. albae nutantes. ♄

465. UCRIANA. *Cal.* 5-dentatus superus. *Cor.* hypocrateriformis: tubo longissimo, fauce ventricosa nuda. *Antheræ* sessiles. *Styl.* clavatus pilosus. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

1. *speciosa.* Willd. l. c. Tocoyena longiflora. Aubl. guj. 1. p. 131. t. 50. Hab. in sylvis Gujanae. Fl. terminales capitati. ♄

466. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.* infundibuliformis. *Bacca*? globosa aut ovalis. *Sem.* 2, sulcata, ossea.

* *Cor. tubo tereti recto.*

1. *asiatica*, stipulis emarginatis, fol. lanceolatis ovatis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 961. Jacq. amer. Hab. in India. ♄

2. *glabrata*, stipulis acutis indivisis deciduis, fol. ovatis glaberrimis nitidis, flor. paniculatis erectis. Swartz. flor. ind. occ. 1. p. 390. Hab. in Jamaicae rupibus. ♄

3? *axillaris*, stipulis acutis indivisis, fol. ovatis acutis, flor. axillaribus. Willd. l. c. p. 962. Ronabea latifolia, caul. flexuosis, fol. ovatis acutis viridibus e caeruleo variegatis, fructu nigricante striato. Aubl. guj. 1. p. 154. t. 59. Lam. ill. t. 166.

β. R. erecta, caul. tenuiorib. fol. ovatis acutis tenuioribus, fol. minoribus e luteo virentibus. Hab. in sylvis Gujanae. A reliquis habitu diversa, et florib. axillaribus distincta. Willd. Sem. hinc plana, inde convexa. Aubl. ♄

4. *laurifolia*, stipulis ovatis acuminatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis crassiusculis glabris, panic. erectis, baccis subrotundis. Swartz. fl. ind. occid. 1. p. 392. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae fruticetis aridis. ♄

5. *parviflora*, stipulis ovatis cuspidatis deciduis, fol. elliptico-ovatis acuminatis parallelo-venosis, panic. erectis, baccis ovalib. Willd. l. c. Simira tinctoria. Aubl. guj. 1. p. 170. t. 65. Hab. in sylvis Gujanae. Cortex ad pannos sericeos et gossypinos rubro colore tingendos adhibetur. ♄

6. *hirsuta*, stipulis lanceolatis integris deciduis. fol. lanceolato-ovatis acutis hirtis, caule hirsutissimo, panic. patente. Sw. l. c. p. 394. Hab. in australis Jamaicae sylvis vetustis. ♄

7. *foetens*, stipulis acuminatis integris deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis glabris, panic. patentisima, ramis reflexis filiformibus. Swartz. l. c. p. 396. Cum priore. Odore foetido subacido ex ramis fractis, foliisque contusis distinguitur. Sw.

8. *citrifolia*, stipulis ovatis persistentibus, fol. ellipticis acuminatis subcoriaceis, panic. brevibus, baccis oblongis costatis. Swartz. p. 398. Hab. in Ind. occid. ♄

9. *nitida*, stipulis subrotundis deciduis, fol. subrotundo-ovatis acuminatis, panic. terminali, cor. limbo tubo longiore. W. Mapouria gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 175. t. 67. Habit. in ripis fluviorum Gujan. ♄

10. *marginata*, stipulis integris acuminatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis margine cartilagineo-setosis, panic. laxa. Swartz. l. c p. 400. Brown. jam. 161. n°. 6. Hab. in sylvestribus Jamaicae australis. ♄

11. *tenuifolia*, stipulis ovatis emarginatis deciduis, fol. oblongis acutis tenuioribus glabris, pan. erectis subsessilibus. Swartz. p. 402. Hab. in fruticetis Hispaniolae. ♄

12. *nervosa*, stipulis oblongis emarginatis deciduis, fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis (venosis) subundulatis, panic. sessilibus erectiusculis. Swartz. p. 403. Hab. in fruticetis Jamaicae. Fol. non sunt nervosa, sed venosa, venis prominentibus. Willd. p. 964. ♄

13. *carthaginensis*, stipulis emarginatis, fol. obovatis acuminatis, panic. terminali. Willd. p. 964. Jacq. amer. p. 65. t. 174. f. 22. Ed. picta. t. 260. Hab. in Carthagenae fruticetis. ♄ †

14. *Myrstiphyllum*, stipulis ovatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis enerviis nitidis rigidis, ramis secundis, racemis compositis terminalibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 405. et 406. Brown. jam. 152. Hab. in Jamaicae fruticetis aridis. Vere. Facie a ceteris diversa. Bacca immatura dura 2-locularis est, demum succosa. dissepimento evanescente. Sw. An potius Myrtiphyllum dicendum?

15. *laxa*, stipulis ovatis acutis deciduis, fol. ovatis acuminatis, racemis ternis terminalibus trichotomis, ramis pedicellisque subcapillaribus laxis. Swartz. p. 407. Habit. in fruticetis montium Jamaicae. ♄

16. *parasitica*, stipulis amplexicaulib. retusis, fol. ovatis acuminatis aveniis subsucculentis, racemis terminalibus axillaribusve composit. Swartz. p. 408. Viscoides pendulum. Jacq. amer. 73. t. 51. f. 1. An hujus generis? Habit. in Martinica, Dominica, Guadeloupe, etc. ♄

17. *horizontalis*, stipulis ovatis, foliis lanceolato-ovatis acutis, ramis fol. ramulisque panicularum horizontalibus. Swartz. p 410. Habit. in Hispaniolae locis apricis cretaceis. ♄

18. *nutans*, stipulis bidentatis, fol. lanceolatis acutis nervosis, racemis tripartitis erectis, fructiferis nutantibus. Swartz. p. 411. Habit. in Hispaniolae collibus aridis solo cretaceo. ♄

19. *speciosa*, arborea, fol. oblongo-lanceolatis, involucro terminali subtrifloro. Forst. prod. n.° 89. Hab. in ins. Taheiti. ♄

20. *flexuosa*, stipulis bidentatis, foliis ovatis utrinque attenuatis, panic. divaricata flexuosa. Willd. p. 966. Nonatelia paniculata. Aubl. guj. 1. p. 184. t. 70. f. 2. Habit. in Cajennae locis sterilibus. ♄

21. *racemosa*, stipulis bilobis, fol. oblongis acuminatis, racemo terminali simplici, flor. involucratis. Willd. l. c. Aubl. guj. 1. p. 186. t. 72. sub Nonatelia. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

22. *violacea*, stipulis oblongis obtusis deciduis, fol. oblongis acuminatis, flor. paniculato-corymbosis involucratis. Willd. Nonatelia. Aubl. guj. 1. p. 188. t. 73. H. in sylvis Gujanae. ♄

23. *capitata*, fol. oblongis acuminatis, stipulis bifidis, florib. capitatis sessilibus bracteis obvallatis. Flor. Per. 2. p. 59. t. 206. f. a. Hab. uti omnes sequentes spec. Peruvianae in Andium nemoribus.

24. *pilosa*, fol. oblongo-ovatis acutis pilosis, flor. terminalibus verticillato-cymosis, bracteis pilosis cinctis. Flor. Per. p. 60. t. 208. f. a. Bac. caeruleae. Inflorescentia Asperulam quandam refert.

25. *subtomentosa*, fol. lanceolato-oblongis, stipul. bifidis acutis, pedunc. ter-

minalibus trifidis, flor. capitatis bracteis cinctis. Flor. Per. 2. p. 61. t. 210. Flor. sessiles caerulei.

26. *brachiata*, stipul. ovatis bifidis, racemo terminali composito, ramis brachiatis, flor. aggregatis sessilibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 415. Hab. in montibus altis Jamaicae australis. ♄

27. *grandis*, stipul. deltoideis margine revolutis apice subulatis, fol. cuneiformib. obovatis, caule angulato. Swartz. p. Flor. ind. occ. 417. Habit. in fruticetis montosis Jamaicae interioris occidentalis. ♄

28. *patens*, stipul. bidentatis, fol. distichis lanceolato – ovatis membranaceis, ramis patentibus, panic. secundis. Swartz. p. 419. Hab. in montibus altis Jamaicae praesertim in montibus caeruleis. An diversa a n°. 21? ♄

29. *uliginosa*, stipul. connatis acutis convexis, fol. lanceolato-oblongis, semin. compressis cristatis, caule subherbacco simplici erecto. Swartz. p. 421. Hab. in Jam. depressis subhumidis montium. ♃

30. *serpens*, caule subherbaceo repente, fol. ovatis utrinque acutis. Lin. Mant. 204. Hab. in India orient. Similis Ps. herbaceae. Stipulae subrotundae. ♃

31. *herbacea* (*sylvana*), caule herbaceo repente, fol. cordatis petiolatis, pedunc. axillaribus 3-4-floris. Lin. Willd. Sp. 2. p. 967. Jacq. amer. t. 46. Ed. pict. t. 67. Hab. copiose in umbrosis uliginosis. Per stolones plures proferens plantulas, ita ut tandem earumdam sylvula quasi exsurgat. Bacca rubra. Jacq.

32. *macropoda*, caule herbaceo repente, fol. cordatis acutis glabris, stipul. ovatis, umbellulis 3 – 6 - floris, seminib. laevib. Flor. Per. 2. p. 63. t. 211. f. b. Hab. in Peruviae nemoribus. Priori valde affinis. Bacca atro-purpurea.

33. *gracilis*, fol. cordatis acutis supra pilosiusculis, stipulis ovatis, umb. 6–9-floris, seminib. sulcatis. Flor. Per. l. c. f. a. Cum priore. Cor. dilute violacea. P. *violaceae*. Aubl. affinis dicitur.

Obs. Species illae herbaceae, repentes, habitu nimis a ceteris recedunt, forte hinc ut peculiare genus sejungendae.

34. *corymbosa*, stipulis bidentatis, fol. lanceolato-ovatis acutis subrigidis nitidis, flor. subcorymbosis, pedunc. pedicellisque coloratis. Swartz. p. 423. Hab. in montib. excelsis Jamaicae. ♄

35. *pubescens*, stipul. bidentatis, fol. lanceolato-ovatis acuminatis pubescentib., panic. cymosis patentibus. Swartz. p. 425. Habit. in sepibus ruderatisque Jamaicae vulgaris. ♄

36. *pedunculata*, stipul. bidentatis, fol. ovato-lanceolatis rugosiusculis, flor. subcymosis, pedunc. communi elongato. Swartz. p. 427. Brown. jam. p. 160 n.° 4. Hab. in sylvis montosis Jamaicae. ♄

37. *alpina*, stipul. bidentatis, fol. lanceolato-ovatis membranaceis reticulato-venosis, panic. erectis, cor. elongatis diaphanis. Swartz. p. 431. Habit. in montib. caeruleis Jamaicae australis. ♄

38? *paniculata*, stipulis bidentatis, fol. ovatis, panic. erecta, caule arboreo, W. Sp. p. 970. Chiococca paniculata. Linn. suppl. 145. Hab. in Surinamo et Amer. merid. ♄

39. *macrophylla*, fol. oblongo-lanceolatis amplis, stipul. unidentatis, racemis axillarib. subdichotomis. Flor. Per. 2. p. 56. t. 202. Stipulae semiamplexicaules, internis ad basin glandulis minimis obtectae.

40. *reticulata*, fol. oblongo-lanceolatis venoso-reticulatis, stipulis bidentatis: dentibus subulatis, racem. terminalib. brachiatis. Fl. Per. l. c. Corol. lutea extus pubescens.

41. *amethystina*, fol. oblongis acuminatis, stipul. vaginantib. quadridentatis, racemis terminalibus, cor. baccisque amethystinis. l. c. p. 57. t. 203. Stipul. ad basin singuli denticuli glandulae 7.

42. *macrobotrys*, fol. lanceolatis pubesc. longis, stipul. bidentatis racemis terminalib. longissimis. p. 57. t. 203. f. a. Stipulis interius ad basin denticulorum glandulis numerosis. Cor. lutea pubescens.

43. *thyrsiflora*, fol. lanceolatis glabris, stipulis vaginantibus sexdentatis, thyrsis terminalib. Flor. Per. p. 57. t. 214. Stipulae denticulus intermedius ovatus ciliatus. Cor. lutea, tubulosa.

44. *obovata*, fol. obovatis acuminatis amplis, stipul. emarginatis, thyrsis terminalibus, cor. tubulosis. l. c. p. 58. t. 204. f. a. Cor. purpurea, intus villosa. Pedunc. bracteis reflexis stipati.

45. *sulphurea*, fol. obovato-cuneiformibus acuminatis, stipul. emarginatis, racemo paniculato, cor. infundibuliformib. l. c. t. 205. f. a. Planta amarissima, tincturam luteam praestantissimam praestat ideoque ab incolis hunc in finem adhibetur. An Palecouria?

46. *alba*, fol. lanceolatis, stipulis obovatis integerrimis striatis deciduis, racemo paniculato, cor. baccisque albis. Fl. Peruv. 3. t. 205. f. a.

47. *cymosa*, fol. oblongo - lanceolatis acutis utrinque bidentatis, cymis terminalibus, cal. 5-partitis longis. l. c. t. 206. f. a. Cor. violaceo - purpurea. Tub prope basin villosus.

48. *villosa*, fol. oblongo-ovatis hirsutis stipul. ovatis acutis deciduis, panic. racemosa brachiata. p. 59. t. 207. f. a. Bacca rubra, globosa. An eadem ac P. *hirsuta*.

49. *foveolata*, fol. lanceolatis subtus ad apicem nervi foveolis quatuor, stipul. ovatis caducis, panicul. fructus cernua. t. 207. f. b. Flor. sessilibus 3-5-approximati. Cor. parva, albo-lutea.

50. *mitis*, fol. lanceolatis supra mitibus (?) subtus glabris, stipul. annularibus emarginatis, racemis subpaniculatis terminalibus. Fl. Per. p. 60. t. 208. Cor. infundibuliformibus lutea.

51. *virgata*, foliis oblongis acuminatis coriaceis venosissimis, stipul. bilobis profunde emarginatis, corymb. terminalibus, flor. sessilibus congestis. Tab. 209. Cor. infundibuliformis, sulphurea.

52. *trifida*, fol. lanceolatis acuminatis, stipul. bifidis acutis, pedunc. axillaribus terminalibusque trifidis trifloris. Tab. 209. f. b. Bacca nigra, umbilicata, subrotundo-turbinata.

53. *repanda*, fol. lanceolatis repandis, stipul. lanceolatis ciliatis, pedunc. paniculato-racemosis, flor. sessilib. Pag. 61. Cor. minima, lutea. Bacca purpurea.

PALICURIAE. *Cor. tubo basi hinc gibbo obliquo aut subincurvo. Flor. colore ut plurimum lutei, passim caerulescentes.*

54. *crocea*, fol. ovatis acutis nervosis, panic. erectis pedunculisque croceo - coloratis. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 429. Willd. Sp. 2. p. 969 Brown. jam. t. 23. f. 1. 2. quoad flores. Hab. in Americae fruticetis subtomentosis.

55. *Palicurea*, stipul. bilobis, fol. latoovatis utrinque acuminatis, panic. erectis, cor. cylindraceis ventricosis subcurvis extus furniosis. Swartz. l. c. p. 433. Palicoutia gujanensis. Aubl. 1. p. 173. t. 66. Stephanium Schreber. Hab. in sylvis.

56. *lutea*, fol. lato - ovatis acuminatis, cor. tubo longo, laciniis acutis. Willd. p. 971. Nonatelia Aubl. p. 190. t. 79. Cum priore in Gujana.

57. *longiflora*, fol. ovato - lanceolatis, stipul. bilobis, cor. tubi incurvo, lacin. obtusiusculis. Willd. Aubl. t. 71. sub Nonatelia. Hab. in Gujanae sylvis.

58. *hyacinthoides*, fol. obovatis acuminatis amplis, stipul. bifidis, racem. compositis purpureis. Flor. Peruv. 2. p. 62. t. 213. f. a. P. hyacinthiflora. Pedunc. patulo-reflexi.

59. *caerulea*, fol. lanceolatis acuminatis, stipul. ovatis, racem. terminalibus, flor. aggregatis. Flor. Per. l. c. Cor. lutescens: limbo revoluta. Bacca caerulea.

60. *tinctoria*, fol. oblongis acuminatis, foveolis ad basin venarum, stipul. lanceolatis, racem. brevib. brachiatis. Fl. Per. 2. p. 62. t. 211. Cor. albo-luteove rubescens.

61. *luteo-virescens*, fol. oblongis acuminatis, stipul. bifidis, paniculis laxis, bract. longis reflexis. P. *laxa*. Flor. Per. 2. p. 61. t. 212. f. b. Cor. tenuis, luteo-virescens. Bacca subdidyma.

62. *viridis*, fol. oblongis acuminatis dorso foveolatis, stipul. lanceolatis, racem. subpaniculatis. Flor. Per. l. c. t. 210. f. b. Cor. parva viridis. Sem. hinc convexa 5-sulca, inde plana laevia.

Obs. Quamvis auctores operis allegati cor. obliquae aut incurvae nullam in descriptionibus fecerint mentionem, tamen ex iconibus hoc divinare potest.

467. COFFEA. *Cal.* ceresens, 5-dentatus: dentibus deciduis. *Cor.* hypocrateriformis. *Stam.* supra tubum. *Anth.* sagittatæ. *Bacca* infera, disperma. *Sem.* arillata, hinc convexa, inde plana.

1. *sambucina*, fol. oblongo-lanceolatis acutis, cymis corymbosis terminalibus. Forst. prod. n.° 92. Willd. Sp. 2. p. 973. Hab. in ins. Amicorum. ♄

2. *opulina*, fol. ovato-lanceolatis, corymb. coarctatis globosis terminalib. Forst. prod. n.° 93. In N. Caledonia. ♄

3. *odorata*, fol. ovatis acutis, cymis corymbosis axillaribus. Forst. l. c. Hab. in ins. Tanna et in ins. Amicorum. ♄

4. *arabica*, fol. oblongo-ovatis acuminatis, pedunc. axillarib. aggregatis, cor. quinquefidis. W. l. c. Blackw. t. 337. Juss. act. 1713. p. 388. t. 7. Habit. in Arabia felici.

5. *mauritiana*

5. *mauritiana*, baccis oblongis basi acutis dispermis. Lam. enc. 1. p. 5. t. 160. f. 2. Hab. in ins. Borbonia.

6. *triflora*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, pedunc. terminalib. ternis unifloris. Forst. prod. n°. 95. Hab. in insula Taheiti. ♄

7. *gujanensis*, fol. lancolatis, pedunc. axillaribus aggregatis, corol. quadrifidis. Willd. baccis exiguis. Aubl. guj. p. 150. t. 57. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

8. *paniculata*, fol. oblongis acuminatis, panic. terminali divaricata, cor. quadrifidis, ramis tetragonis. Willd. Aubl. t. 58. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

9. *racemosa*, fol. oblongo-ovalib. acuminatis, stipul. bifidis, racemis axillarib. terminalibusque (sub anthesi) nutantibus. Flor. Peruv. 2. p. 64. t. 214. f. a. Hab. in Peruviae nemoribus Pati et Macora.

10. *umbellata*, fol. oblongis acuminatis: venis transversalibus (nervosis), stipul. subrotundis, florib. congestis umbellatis. Flor. Per. 2. p. 66. t. 215. f. a. Cresc. in Andium nemoribus. Involucr. universale 4-phyllum, partiale 7-phyllum.

11. *ciliata*, fol. oblongis acuminatis, stipul. truncatis ciliis obvallatis, racemis terminalibus. Fl. Per. l. c. t. 216. f. a. Hab. in Peruviae Andium nemoribus.

Obs. Plures flores, huic quadrifidi, tetrandri sunt.

12. *verticillata*, fol. oblongo-lanceolatis obovatisque acuminatis, stipul. ovatis ciliatis, racemis terminalibus verticillatis. Flor. Per. 2. p. 66. t. 217. f. b. Cor. faux villosa. Cal. ciliatus.

13. *nitida*, fol. oblongis, obtuse acuminatis nitidis, stipul. truncatis ciliatis, racemis terminalibus. Flor. Peruv. 2. p. 66. t. 217. f. a.

14. *foveolata*, fol. oblongo-ovalibus acute acuminatis, foveolis ad basin venarum, stipul. ovatis, racem. terminalib. Flor. Per. l. c. t. 216. Pedunc. brachiato-decussati. Cor. faux hirsuta.

15. *longifolia*, fol. lanceolato-oblongis undulato-repandis, stipulis ovatis, racem. terminalibus ternis. Flor. Per. 2. p. 66. t. 218. f. a. Stipul. in vaginae formam connatae. Cor. lacin. reflexae.

16. *microcarpa*, fol. lanceolatis acutis, stipul. utrinque bidentatis, cymis axillaribus terminalibusque patulis. Fl. Per. l. c. f. b. Hab. uti antecedentes in Andium nemoribus.

†† Potima. *Bacca monosperma: sem. 1 nempe abortivo.*

17. *occidentalis*, fol. ovato-lanceolatis glabris, pedunc. trifidis subaxillaribus, cor. 4-fidis, 4-andris, baccis 1-spermis. Jacq. amer. pict. t. 68. Plum. Sp. ic. 156. f. 2. Hab. in Amer. merid., St. Domingo, etc. Cor. laciniae acuminatae deflexae.

Obs. Praeter Baccam monospermam a Cof. *arabica* differt: perispermo basi in 4 lobos diviso et embryone in ejus substantia immerso: hae partes enim in C. arabica convolutae sunt.

18. *acuminata*, fol. ovalibus acuminatis ad axillas venarum villosis, stipul. caducis, racem. paucifloris. Flor. Per. 2. p. 64. t. 214. f. b. Hab. in Peruviae nemorib. Bacca 1-sperma.

Obs. Haeccae species ab antecedente, in qua axillas venarum non villosas inveni, omnino diversa videtur. Fol. etiam multo minora et magis venosa sunt. Differentia specifica C. occidentalis a cl. Willdenovio forte de C. acuminata desumta.

19. *subsessilis*, fol. sessilib. oblongo-lanceolatis acuminatis basi excavatis stipulis ovatis, racemis axillarib. Flor. Per. 64. t. 215. f. b. (non f. a.) Hab. in Andium nemoribus. Fol. magna, ovata, fere sessilia. Pedunc. trifidi.

468. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, æqualis. *Bacca* compressa, didyma, 2-sperma, infera. *Sem.* oblonga, compressa.

1. *racemosa*, fol. ovatis acuminatis, racem. subdivisis axillarib. secundis subnutantibus. Willd. Sp. p. 975. Lin. suppl. 145. Jacq. Dill. elth. 306. t. 228. f. 295. Sloan. hist. 2. p. 97. t. 188. f. 3.

β. *Chiococco scandens* sarmentis tenuissimis et fere indivisis. Brown. jam. 164. Swartz. obs. p. 76. Habit. in Jamaicae, Barbados, locis contragosis. ♄

2. *brachiata*, scandens, fol. ovatis deflexis, ramis brachiatis horizontalib. Flor. Per. 2. p. 67. t. 219. f. b. Hab. in Peruv. nemoribus. Cor. luteo-viridis.

3. *barbata*, erecta, fol. ovatis, pedunc. axillaribus unifloris, cor. fauce barbatis. Forst. prod. n.° 96. Hab. in ins. Marchionis, Societatis et Amicorum. ♄

469. PAEDERIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 5-loba, intus hirsuta. Stylus bipartitus. *Bacca* fragilis (nitida) disperma.

1. *foetida.* Lin. Willd. Sp. 2. p. 1219. Lam. enc. 2. p. 257. t. 166. f. 1. Rumph. 5. t. 160. Hab. in India. ♄

470. DISODEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* compressa, 1-locularis, basi 2-valvis, 2-sperma. *Recept.* filiforme. *Sem.* orbiculata, membrana cincta.

1. *foetida.* Lygodisodea *foetida*, fol. cordatis acutiusculis, caule volubili. Flor. Peruv. 2. p. 48. t. 188. f. a. Habit. in Peruviae nemorib. Ad trabes ligandas loco funium sumitur.

471. PLACOMA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* campanulata, 5-fida. *Bacca* 3-locularis: loculis monospermis.

1. *pendula.* Ait. Kew. 1. p. 292. Gmel. syst. pl. p. 390. Willd. Sp. 2. p. 1210. Hab. in Canariis. Caul. tenuis articulatus. Fol. linearia, internodiis longiora.

472. CHIMARRHIS. *Cal.* margo integer. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* infera, 2-locularis: loculis 1-spermis. *Stigma* 2-partitum.

1. *cymosa.* Jacq. amer. p. 61. Willd. Sp. 2. p. 971. Hab. in Martinica. Arb. procera, elegans. Flor. parvi in racemis cymosis. Gallice: *Bois de rivière*, quod nomen genericum graece datum idem significat.

473. HIPPOTIS. *Cor.* infundibuliformis curvata. *Nectar.* germen ambiens. *Bacca* 2-locularis, calyce magn. auriculiformi coronata.

1. *triflora*, fol. ovato-oblongis acuminatis, pedunc. trifloris. Flor. Per. 2. p. 56. t. 20. Hab. in Peruv. nemoribus. An revera genus rubiaceum?

474. VOGELIA. *Cal.* 5-phyllus: foliolis complicatis magnis transversim undulato-sulcatis. *Cor.* tubulosa, plicata. *Stigma* 5-fidum.

1. *africana.* Lam. ill. gen. p. 376. t. 149. Cresc. in interiore Africa, ubi detecta a cl. Vaillant. Spica strobiliformi, bracteis plicatis, fol. obcordatis cum mucrone facile distinguenda planta.

475. TRICYCLA. *Cal.* 3-phyllus: foliolis magnis subrotundis venosis, persistens. *Cor.* infundibuliformis, 5-fida: laciniis tricrenatis. *Filam.* infra germen inserta. Samara ovata, cor. tubo ampliato cincta. (Stamina aliquando 7.)

1. *spinosa*, caule arboreo; ramis alternis spinosis, fol. fasciculatis sublinearibus, basi angustioribus. Cav. ic. 6. p. 79. t. 598. Habit. in Pampas de Buenos-Ayres. Aprili.

476. BELLONIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* rotata. *Caps.* infera, laciniis corollinis conniventibus rostrata, 1-locularis, polysperma.

1. *aspera*, fol. ovatis serratis, florib. corymbosis terminalibus. Swartz. prodr. p. 42. Willd. Sp. 2. p. 934. Lam. ill. t. 149. Hab. in Amer. Fol. subtus aspera.

2. *spinosa*, fol. ovatis angulatis dentato-serratis, pedunc. axillarib. 1-floris. Swartz. Flor. ind. occ. 1. p. 382. Cresc. ad ripas, locis desertis et sylvaticis in St.-Domingo et Hispaniola. Caul. spinosus. Flor. vere. Numerus quaternarius in flor. saepius observatur. Sw.

477. WIBELIA. *Cal.* inferus, 5-partitus. *Petala* 5, in tubum conniventia, apice reflexa. *Stigma* 2-lobum. *Pericarp.* 2-loculare.

1. *gujanensis.* Payrola. Lam. ill. t. 12*h*. Paypayrola gujanensis. Gmel. syst. veg. p. 419. Aubl. p. 249. t. 99. Hab. in Gujana. Racem. axillares.

Obs. Nomen Aubletii nimis barbarum et illud Lamarkii cum Pyrola fere consonum repudiari duxi. Dr. Wibel est auctor Florae Wertheimiensis nec non alius libri botanici argumenti germanice conscripti.

478. STROEMIA. *Cor.* 4-petala aut o. *Cal.* 4-phyllus. *Nectar.*

ligulatum. *Bacca* corticosa, pedicellata.

1. *farinosa*, fol. oblongis farinosis, flor. petaloideis pentandris. Vahl. symb. 1. p. 20. Willd. Sp. 2. p. 993. Cadaba farinosa, fol. ovatis oblongis farinosis. Forsk. desc. p. 68. Lam. encycl. 1. p. 544. Hab. in Arabia felici. ♄

2. *tetrandra*, fol. oblongis mucronatis nudis, florib. petaloideis tetrandris. Vahl. symb. 1. p. 20. Cleome fruticosa. Lin. Burm. ind. 140. t. 46. f. 3. Hab. in India. Filam. saepe duo inferiora basi coalita. ♄

3. *glandulosa*, piloso-viscosa, fol. subrotundis, flor. apetalis. Vahl. symb. 1. p. 20. Cadaba glandulosa. Forsk. Hab. in Arabia felici. Capsula oblonga hirsutissima. ♄

4. *rotundifolia*, fol. orbiculatis glabris, flor. apetalis. Vahl. symb. 1. p. 20. Cadaba rotundifolia. Forsk. Hab. in Arabia felici. Caps. pendula glabra. ♄

479. CONOCARPUS. *Cor.* 5-petala, aut nulla. *Sem.* nuda, solitaria, infera. *Flores* aggregati.

1. *erecta*, erecta, fol. lanceolatis. L. Willd. Sp. 2. p. 994. Jacq. amer. 78. t. 52. f. 1. Ed. picta t. 78. Plum. ic. 135. t. 144. f. 2. Hab. in Jamaicae, Bermudensium, Brasiliae maritimis. ♄

2. *procumbens*, procumbens, fol. obovatis. Jacq. amer. 79. t. 52. f. 2. Mill. dict. n°. 2. Ed. picta. t. 260. f. 22. Hab. in montibus maritimis Cubae. Var. flor. 5-6-andris. ♄

3. *racemosa*, fol. lanceolato-ovatis obtusiusculis, fructibus segregatis. Lin. Sw. obs. 79. Jacq. amer. 80. t. 53. et pict. t. 79. Sloan. jam. 156. hist. 2. p. 66. t. 187. f. 1. Hab. in maritimis arenosis et limosis Caribaearum vicinaeque Continentis. Rami juniores rubent. Stamina huic decem. Jacq. ♄

480. THESIUM. *Cal.* 1-phyllus, cui stamina inserta. *Nux* infera, monosperma, cal. persistente tecta.

1. *Linophyllum*, caule erecto subramoso panicula foliacea, flor. pedicellatis, bract. ternis, fol. linearibus. Willd. Spec. 2. p. 1211. Hayne in Schrad. bot. Journ. 1800. p. 32.

β. *intermedium*, caule stricto elongato, fol. lineari-lanceolatis trinerviis, panic. foliacea. Schrad. spicil. Flor. germ. 1. p. 27.

γ. *montanum*, caule flaccido, fol. lanceolatis trinerviis, pan. foliacea. Sch. l. c. In Europae siccis montosis cretaceis, etiam Oriente. Nux subrotunda. ♃

* *ramosum*, caule erecto ramoso, racemis foliatis elongatis, flor. sessilibus, bract. nemorib. obvallatis. Hayne l. c. p. 30. t. 7. Th. alpinum. Pollich. Th. palatinum. Roth. Hab. in Palatinatu. Nux oblonga.

2. *alpinum*, caul. prostratis simplicib. racemo foliato secundo, florib. sessilibus, bract. obvallatis. Hayne l. c. p. 32. t. 6. Jacq. austr. 5. t. 416. Hab. in montosis et vix subalpinis. An cum Th. *ramoso* constanter a Th. *Linophyllo* diversum?

3. *ebracteatum*, caule erecto simplice, racemo foliato, flor. pedicellatis ebracteatis. Hayne l. t. p. 33. t. 7. Habit. in pascuis nemorosis prope Berolinum. Fol. obtusa concava. Racem. apicem versus sterilis.

4. *humile*, fol. linearibus subcarnosis, flor. axillarib. sessilib. quinquefidis. Vahl. symb. 3. p. 43. Nuces globosae rugosae.

5. *lineatum*, fol. linearibus, caule tereti angulato inferne aphyllo, ram. erect. divaricatis, flor. axillaribus pedunculatis. Lin. suppl. 162. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *squarrosum*, fol. lineari-subulatis recurvato-reflexis, caule tereti, florib. axillaribus sessilibus. Lin. suppl. 162. flor. axillaribus pedunculatis. Thunb. prod. 40. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *Frisea*, flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis, fol. subulatis. L. Habit. ad Cap. b. spei. Caul. simplices, palmares. Fructus ovatus, rugosus.

8. *funale*, flor. spicatis, cor. ciliatis, caule flexili suffruticoso, foliis subulatis brevissimis. Hab. ad Cap. bon. spei. Facie Restionis capensis. ♄

9. *spicatum*, flor. spicatis laevibus, fol. subulatis brevissimis remotissimis. Linn. Habit. in Cap. b. spei montibus. Flores distincti bracteis tribus, margine membranaceis.

10. *capitatum*, flor. capitatis sessilibus terminalib., fol. triquetris laevib., bract. ovatis ciliatis. Hab. in Aethiopia. ♄

11. *strictum*, flor. umbellatis, fol. lan-

ceolatis decurrentibus. Lin. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

12. *umbellatum*, flor. umbellatis, fol. oblongis. Lin. Pluck. mant. 43. t. 342. f. 1. Hab. in Virginiae, Pensylvaniae pascuis siccis. Umbellulae racemosae, involucro tetraphyllo.

13. *fragile*, fol. ovato-triquetris carinatis decurrentibus, caule angulato, flor. axillaribus sessilibus. Lin. suppl. Hab. ad Cap. b. spei. Habitus Salsolae.

14. *scabrum*, capitulis pedunculatis, fol. triquetris, margine carinaque scaberrimis. Lin. Hab. ad Cap. b. spei. Simillim. T. capitato. ♄

15. *paniculatum*, fol. lanceolatis remotis, ramis angulatis diffusis, flor. terminalibus. Thunb. prod. 45. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. sublignosus, pedalis, totus quantus in panic. floriferam effusus, more Galii. Lin. ♄

16. *amplexicaule*, flor. subspicatis secundis ciliato-lanatis. Lin. Mant. p. 213. Hab. in Cap. b. spei montib. altis. ♄

17. *triflorum*, foliis lanceolatis, caule angulato, pedunc. axillaribus trichotomis compositis. Lin. suppl. 162. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

18. *euphorbioides*, pedunculis trifloris terminalibus, fol. subovatis carnosis. Lin. Mant. 214. Hab. ad Cap. bon. spei. Rami superne dichotomi. ♄

19. *spinosum*, fol. subulatis mucronato-spinosis, flor. axillaribus solitariis. Linn. suppl. p. 161. Ad Cap. b. spei.

481. QUINCHAMALIUM. *Cal.* inaequalis 3-4-dentatus. *Cor.* tubo longo, 5-partita. *Stam.* basi laciniarum cor. inserta. *Stigma* truncatum. *Sem.* 1.

1. *chilense*. Molin. chil. p. 159. Lam. ill. t. 142. Q. *procumbens*, fol. linearib. sparsis, flor. terminalibus capitatis sessilib. Flor. Per. 2. p. 1. t. 107. f. b. Hab. in Per. collib. arenosis. Rad. fusiformis. Cor. extus purpureo-rubra, intus lutea.

482. ARIONA. *Cal.* diphyllus. *Stigma* 2, lamellata. *Bacca?* bilocularis?

1. *tuberosa*, tomentosa, fol. sparsis vaginantibus apice subulatis patulis, corymbo terminali. Cav. ic. 4. p. 57.–58. Cresc. in Amer. meridion. partis, vulgo Descado, in siccis et aridis. Fol. tomentosa. Cor. extus tomentosa lutescens, intus luteo-albicans. Rad. fibris divergentib. tuberculiferis. C.

Obs. Quoad habitum haec planta a priore non diversa, sed quibusd. fructificationis partibus tamen differt, hinc, praesertim quoad fructum accuratiori subjicienda examini.

483. FAGRÆA. *Cor.* infundibuliformis, tubo longissimo. *Stigma* peltatum. *Bacca* 2-locularis, carnosa. *Sem.* globosa.

1. *Zeylanica*. Thunb. in Act. holm. 1782. p. 125. t. 4. Willd. Sp. 2. p. 830. Hab. in Zeylona. Frutex ramis crassis, 4-gonis. Folia opposita, coriacea. Flor. magni.

484. AZALEA. *Cor.* campanulata, aut infundibuliformis subobliqua. *Stam.* receptaculo inserta. *Stigma* obtusum. *Caps.* 5-locularis.

* *Cor. campanulatis.*

1. *indica*, flor. subsolitariis, calycibus pilosis. Linn. Herm. Lugd. t. 163. Var. fol. angustioribus. Kaempf. Reliq. t. 55. In India orient.

2. *lapponica*, fol. ellipticis, punctis excavatis asperis. Lin. Flor. dan. t. 966. Flor. Lapp. t. 6. f. 1. Hab. in alpib. Lapponicis. ♄

3. *procumbens*, ramis diffuso-procumbentibus, fol. ellipticis (minutis) glabris, margine revolutis. Flor. dan. t. 9. Fl. Lapp. t. 6. f. 2. Cresc. in Europ. alpibus. Habitus recedit.

4. *rosmarinifolia*, flor. solitariis, fol. lineari-lanceolatis margine reflexis hirsutis. Lam. ill. p. 493. Burm. Fl. ind. p. 42. t. 3. f. 3. Hab. in Japonia.

* * *Cor. infundibuliformibus.*

5. *pontica*, fol. ovato-oblongis pilosis ciliatis, stam. longissimis declinatis. Andr. t. 16. Pall. ross. t. 69. Hab. ad Pontem-Euxinum in Or. et in Amer.? Cor. pulchra lutea.

β. A. *calendulacea*. Michaux. p. 151.

Obs. Linnaeus dicit de Az. *Pontica*: fol. nitidis utrinque glabris.

6. *nudiflora*, fol. ovatis, cor. pilosis, stam. longissimis. Lin. Curt. mag. t. 180. Var. cor. coccineis, carneis et albis. Vid. Ait. Kew. p. 202. Hab. in Virginia.

7. *viscosa*, ramis hispidis, fol ovato-lanceolatis utrinque viridibus, margine scabris, stam. cor. piloso-glutinosis sublongioribus. Lin. Cum priore.

* *glauca*, fol. lanceolato-ovatis subtus glaucis, stam. cor. vix longiorib. Lam. ill. t. 110. f. 2. Prioris var. secundum Aiton. Huc A. *scabra* quorumdam. Cor. alba.

8. *periclymena*, fol. glabriusculis nervo supra lanuginoso subtus setigero, florib. non viscosis (roseis) limbo ampliore tubo hirsuto, stam. longissime exertis. Mich. Flor. 1. p. 151. Hab. in New-Jersey. Fol. utrinque viridia.

9. *canescens*, fol. subtus canescentib., cor. nuda non viscosa (rosea), cal. minutissimi dentib. rotundatis. Michaux, p. 150. Hab. in Carol. inferiore juxta rivulos. Stam. exerta.



Caprifoliae. 5-andrae (gen. 485-499). *Cal.* monophyllus, superus saepius bracteatus. *Cor.* monopetala (passim polypetala), subirregularis. *Stam.* 4, 5, 6, 10. *Styl.* 1. *Stigm.* 1-3. Fruct. inferus baccatus, nonnunquam capsularis. Embryo in cavitate superna perispermi solidi magni situs. Caul. ut plurimum frutescens. Fol. in plurimis opposita, sed stipulis destituta, quo haec familia a rubiaceis quoque differt

485. LONICERA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* tubulosa, 5-fida irregularis. *Bacca* infera, 2-3-4-locularis, polysperma.

* Caprifolium, *floribus in pedicello solitariis, tubo ut plurimum longo. Bacca distincta, 3-loculari.*

1. *Caprifolium*, flor. ringentibus terminalibus sessilibus, fol. summis connato-perfoliatis. Linn. Willd. Spec. 2. p. 982. Jacq. Flor. austr. t. 357. Hab. in nemorosis et dumetis Europae, praesertim aust. Cal. subintegerrimus. ♄

2. *Periclymenum*, capitulis ovatis imbricatis terminalibus, fol. omnib. distinctis ringentibus. Smith brit. 1. p. 260. Flor. dan. t. 908. β. *quercifolia*, fol. sinuatis. Hab. in nemorosis. Cal. 5-dentatus.

3. *parviflora*, fol. summis connato-perfoliatis subtus glaucis, cor. breviusculis gibbis, filam. barbatis. Enc. botan. 1. p. 728. L. media et L. dioica. L. Syst. veg. huc pertinent. Caprifolium bracteosum. Mich. Flor. 1. p. 105. Hab. in Carolinae montib. Fl. flavescentes aut etiam secundum Mich. violaceo-purpurei, in axillis bractearum sessiles, rarius pedunculati.

4. *sempervirens* (coccinea), fol. summis connato-perfoliatis, cor. infundibuliformi subregulari. Caprifolium *sempervirens*, spicae verticillis distantibus, corol. subregulari rutilo-coccinea. Mich. l. c. Herm. Lugd. t. 483. Hab. in Carolinae sylvis. Fl. per totam aestatem. Frut. tener.

5. *grata*, flor. verticillatis terminalibus, fol. perennantibus obovatis subtus glaucis: summis connato-subperfoliatis, cor. ringentibus. Ait. Kew. 1. p. 231. Habit. in Amer. bor. Fol. plerumque terna. Willd.

6. *japonica*, flor. binis terminalib. sessilibus, fol. omnibus distinctis, caule volubili. Thunb. jap. p. 89. Hab. in Japonia. ♄

** Xylosteon, *pedunc. bifloris, baccis 2, basi connatis, 2-locularibus, aut in unicam coadunatis.*

7. *canescens*, peduncul. bifloris, baccis distinctis, caule volubili, fol. cordato-ovatis petiolatis. Schousb. maroc. 1. p. 86. L. *biflora*, Desf. Atl. 1. p. 184. t. 52. Hab. in sepibus ad Magadore et in monte Trara. ♄

8. *nigra*, pedunc. bifloris baccis distinctis, fol. ellipticis integerrimis. Linn. Jacq. Flor. austr. 4. t. 314. Hab. in Eur. austr. Fol. juniora hirsuta. Pedicelli fol. incumbentes. Bract. fructib. adpressae.

9. *Xylosteum* (dumetorum), pedunc. bifloris baccis distinctis, fol. integerrim. pubescentibus. Lin. Flor. dan. t. 808. Hab. in sylvaticis. Pedicelli perpendiculares. Bract. lineares, patentes.

10. *tartarica*, pedunc. bifloris, baccis distinctis fol. cordatis obtusis. Jacq. ic. pl. rar. t. 37. Pallas. Flor. rossica t. 36. Hab. in Tartaria. Bract. 2, lineares.

β. *sibirica*, flor. rubris.

11. *pyrenaica*, pedunc. bifloris, bacc. distinctis, fol. obovato-lanceolatis glabris. Willd. Sp. 2. p. 987. Hab. in Pyreneis. Flor. primo vere. Cor. regulares. Bract. lanceolatae.

12. *alpigena*, pedunc. bifloris, bacc. coadunatis didymis, fol. ovali lanceol. L. Caprifolium foliis ovato-lanceolatis subhirsutis, bacc. bicolla biflora. Hall. helv. Hab. in alpibus. Fol. glabra. Cor. fusco-rubra. Vere.

13. *caerulea*, pedunc. bifloris, bacc coadunatis globosis, stylis indivisis, fol. ovat.

Lin. Pall. ross. 1. p. 58. t. 37. Hab. in Helvetia. Cor. flava.

14. *orientalis*, pedunc. bifloris, bacc. coadunatis, fol. petiolatis ovatis acutis, subtus pubescentibus. Lam. enc. 1. p. 724. Tournef. cor. 42. Hab. in Asia minori.

15. *flexuosa*, flor. subsessilibus, basi distinctis, fol. ovatis integris glabris, caul. flexuoso. Thunb. in Act. Soc. Lin. 2. p. 330. L. nigra. Flor. jap. p. 89. Hab. in Japonia.

*** Symphoricarpos (*Symphoria.*) *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 3-fida, subaequalis. *Bacca* coronata, 4-locularis, 4-sperma; loculis 2 interdum abortivis.

16. *Symphoricarpos* (*S. conglomerata*), flor. axillarib. subcapitato-glomeratis. Symphoricarpos vulgaris. Michaux, Flor. 1. p. 106. Lin. Willd. Spec. 2. p. 986. Dill. elth. t. 278. f. 360. Habit. in Virginia et Carolina.

17. *racemosa*, racemo terminali, cor. intus barbata. Symph. racemosus. Mich. l. c. p. 107. Hab. in montosis, ad lacus Mistasins. Cum priore a Loniceris potius separari debet.

486. DIERVILLA. *Cal.* oblongus, 5-fidus. *Cor.* duplo longior, infundibuliformis, 5-fida, patens. *Caps.* oblonga, 4-locularis, polysperma.

1. *humilis.* D. *Tournefortii*, racemis terminalibus, fol. serratis. Michaux, 1. p. 107. Lonicera Diervilla. Lin. Tournef. in Act. Soc. reg. 1706. t. 7. f. 1. Habit. in Acadia, Noveboraco, Canada et in Carolinae alpestribus. Frutex elegans. Flor. lutei.

Obs. Lonicera *bubalina* et *corymbosa*. Lin. nec hujus nec Lonicerae genus.

487. TRIOSTEUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* vix longior, tubulosa, 5-loba. *Bacca* 3-locularis, 3-sperma, infera.

1. *perfoliatum* (majus), fol. connatis flor. sessilibus perfoliatis. Willd. 2. p. 990. Dill. elth. t. 293 f. 378. Hab. in Amer.

2. *angustifolium*, caule hispido, fol. connatis, pedunc. oppositis unifloris. Vahl. symb. 3. p. 37. T. *minus*. Michaux, Flor. 1. p. 107. Lonicera humilis hirsuta, caule obsolete rubente quadrato, fol. lanceolatis adversis, flore luteo ad alas unico. Gron. virg. 143. Pluck. alm. 287. t. 104. f. 2. Hab. in Virginia. Cor. lutea. ♃

3. *triflorum*, caule subpubescente, pedunculis oppositis trifloris, fol. petiolatis Vahl. symb. 3. p. 37. Hab. in Madagascar? Caul. tenuissime pubescens.

488. HELICIA. *Cal.* oblongus, truncatus, suffultus bractea carnosa. *Cor.* 5-partita. *Antherae* spirales. *Bacca* calycina, 1-sperma.

1. *parasitica.* Helitanthera parasitica. Loureiro Flor. Cochinchin. ed. Willd. 1. p. 176. Fol. lanceolata. Spicae axillares, flor. coccinei Adrepit arboribus cultis in Cochinchina.

489. AIDIA. *Cal.* tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce lanosa. *Anth.* lineares, cor. incisuris insertae. *Bacca* 1-sperma.

1. *cochinchinensis.* Loureiro, l. c. p. 177. Fol. lanceolata. Racemi axillares. Arb. magna; lignum album, grave.

Obs. Duo haecce b. Loureiro genera ab ill. Jussieu confirmata sunt; vid. les Genres des Plantes par O. F. Brisseau-Mirbel, tome 4. p. 407-408.

Solanaceae. *Luridae.* Lin. (Gen. 490-508.) *Cor.* his monopetala, campanulata aut rotata: limbo 5-lobo, paululum irregulari. *Stamin.* nonnunquam didynama. *Styl.* omnibus unicus, stigmate plerumque simplice. Fruct. in plurimis *bacca* 2-5-locularis, aut *capsula* 2-locularis, 2-sperma. Caulis herbaceus aut frutescens. Folia alterna, in multis plus minusve tomentosa, in quibusdam per paria aut fasciculata approximata. Plantae hujus familiae quoad fructum aliasque partes in universum suspectae imo nonnullae venenatae, quod earum habitus luridus etiam ostendit. Nonnullae interea tam ad usum medicum quam oeconomicum utilissimae reperiuntur

† *Fructus capsularis.*

490. VERBASCUM. *Cor.* rotata, subinaequalis. *Filam.* barbata. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis: valvul. inflexis, polysperma.

1. *Thapsus*, fol. decurrentibus utrinque

tomentosis, caule spicato simplici. Linn. Willd. Spec. 2. p. 1001. Flor. dan. t. 631. Engl. bot. t. 549. Hab. in Europae glareosis sterilibus. Flores flavi. Anth. miniatae. ♂

2. *Thapsoides*, fol. decurrentib., caul. ramoso. Lin. Habit. in Europa rarius. ♂

3. *Boerhaavii*, fol. sublyratis, florib. sessilibus. Lin. V. fol. radicalibus ovatis petiolatis, caulinis oblongis sessilibus, subtus tomentosis serratis. Mill. t. ic. 273. Hab. in Europa australi. ⊙

4. *haemorrhoidale*, fol. ovato-oblongis basi attenuatis tomentosis obsolete crenulatis, racemis spiciformibus elongatis, fasciculis flor. ebracteatis. Aiton. Kew. 1. p. 236. Hab. in Madera. ♂

5. *phlomoides*, fol. ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis. Linn. II. 239. V. fol. obovatis sessilibus tomentosis, spica composita interrupta, bract. cordato-lanceolatis. Moench. Flor. hass. n. 170. t. 4. Hab. in Italia et Germania. ♂

6. *floccosum*, tomentoso-candicans, fol. ovatis subintegerrimis, glomerulis multifloris, caps. rotundis. Plant. Hungaricae. p. 81. t. 79. Cresc. in Hungaria inter arbor. et frutices. Caul. 3 - 4 - pedalis, tomento deterso, eleganter purpurascens. Filam. pilis albis. An satis a sequente diversum?

7. *Lychnitis*, fol. cuneiformi - oblongis supra denudatis, caule angulato paniculato. Smith. brit. 1. p. 250. V. album. Moench. meth. p. 447. Engl. bot. t. 58. Hab. in pascuis et ad vias, solo calcareo. Flor. pedicellati, lactei. Filam. flavescentia. Anth. croceae. Smith.

8. *pulverulentum*, fol. ovato - oblongis subserratis utrinque pulverulentis, caule tereti paniculato. Smith. l. c. V. *pulverulentum*, caule ramoso, calyc. farinosis fasciculatis farinosis, flore luteo. Villars. Delph. 2. p. 490. Engl. bot t. 487. Cresc. in ruderatis, sepib. ad margines agrorum. Flor. majores aurei, filam. villo albo et anth. miniatis distincti. Sm.

9. *nigrum*, fol. oblongo-cordatis petiolatis undulato-crenat. subpubescentib. Sm. l. c. Engl. bot. t. 95. Flor. dan. t. 1088. Hab. in sylvaticis. Flor. aurei. Filam. villus violaceus.

10. *virgatum*, fol. oblongo - lanceolatis dentatis sessilibus, radicalibus sublyratis pubescentibus, caule ramoso, flor. aggregatis subsessilibus. Sm. p. 252. Engl. bot. t. 550. Lob. ic. 564. Verbasx. Chaici. Vill. 2. p. 491. t. 13. V. gallicum. Willd. Sp. 2. p. 1005. eadem videtur planta. Hab. in Angliae arvis, et ad vias et inter rupes in Delphinatu. Filam. purpurea. V.

* *Alopecurus*, fol. ovatis subtus incanis crenatis spica laxa rarius ramosa (simpliuscula). V. nigrum. β. Lin. Hort. Cliff. 54. Thuill. l. c. p. 110. Hab. in locis aridis.

11. *parisiense*, fol. caulin. obverse ovatis cum acumine: floralibus (bracteis) lanceolatis, caule ramoso. Thuill. Flor. Par. p. 110. Hab. circa Parisios in locis glareosis. Flor. lutei.

12. *ferrugineum*, fol. subvillosis rugosis, caulinis subsessilibus aequaliter crenatis, radicalibus oblongis cordatis duplicato-crenatis. Aiton. Kew. 1. p. 237. Andrew. t. 162. Hab. in Europa austr. Filam. incrassata.

13. *phoeniceum*, fol. ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. Lin. Jacq. austr. t. 125. Blattaria purpurea. Bauh. pin. Hab. in Europa orientali, Germania, Carniolia. Cor. rotata, saturate purpurea. Filamenta purpurea, horum superiora 3 barba alba. Anth. nigricantes b. ♂

14. *Blattaria*, caule ramoso, fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis. Lin. Hab. in Europ. australioris argillaceis. Var. flor. albis. ♂

15. *viscidulum*, fol. oblongis amplexicaulibus nudiusculis, radicalib. sinuato-crenatis, scapo pedicellisque subbifloris glanduloso-viscidulis. V. Blattarioides. Enc. bot. 4. p. 225. Thuill. Paris. Hab. circa Parisios.

16. *Claytoni*, glabrum, caule simpliciusculo, fol. caulinis oblongis sublanceolatis incisis duplicato-crenatis. Mich. Fl. 1. p. 148. Hab. in Carolina.

17. *monspessulanum*, fol. ovato - lanceolatis petiolatis profunde dentatis, flor. spicatis. Hab. prope Montpellier. Vidi in herbario cl. Richardi. Folia quasi sinuato-dentata, parvula.

18. *sinuatum*, fol. radicalibus pinnatifido - repandis tomentosis: caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primi oppositis. Lam. encyc. 4. p. 221. Willds Sp. 2. p. 1006. Habit. in Europa austr Italia et Gallia merid.

19. *undulatum*, fol. incano-tomentosis, radicalibus sinuato-crispis, caulinis sessilib. indevisis, caule virgato, flor. sessilib. Lam. l. c. V. graecum fruticosum, fol.

sinuato candidissimo. Tournef. it 1. p. 335. Hab. in Oriente.

20. *parviflorum*, fol. pinnatifido-runcinatis utrinque tomentosis radicalibus, caule ramoso nudiusculo, flor. minimis. Lam. l. c. in Oriente? Fol. Taraxici. Fl. parvitate Scopariae dulcis similes. L.

21. *lyratum*, hirsutum, fol. radicalib. lyrato-pinnatifidis: caulinis inaequaliter dentatis, subsessilibus, cal. 5-phyllo serrato. Lam. enc. 4. p. 222. Hab. in Hispania?

22. *pinnatifidum*, fol. lineari-lanceol. pinnatifidis, laciniis obtusis dentatis, flor. sessilibus glomeratis. Vahl. symb. 2. p. 39. Hab. in ins. Archipelagi.

23. *Barnadesii*, caule subnudo, fol. lanceolatis dentato-sinuatis glabris, pedunc. unifloris. Vahl. symb. 2. p. 39. Hab. in Hispaniae collibus versus oppidum Ortaleza.

24. *Osbeckii*, fol. incisis nudis, caule folioso, cal. lanatis, pedunc. bifloris. Osb. it. 2. Blattaria orientalis, Bugulae folio, flore maximo virescente lituris luteis in semicirculum striato. Tournef. cor. 8. it. 2. p. 83. t. 83. Buxb. cent. 5. p. 17. t. 32. Hab. in Hispania et circa Bosphorum. ♂

25. *spinosum*, caule folioso frutescente. Lin. Amoen. acad. 4. p. 307. Vahl. symb. 2. p. 39. Leucoium spinosum. Alp. exot. 37. t. 36. Habit. in Creta. ♄

491. RAMONDA. Scapi radicales. *Cor.* rotata, 5-partita. *Stam.* approximata: antheris apice perforatis. *Caps.* 1-locularis; recept. 2, parietalia, polysperma. *Richard.*

1. *pyrenaica*, fol. ovalibus tomentosis crenatis. Verbascum Myconi. Lin. Ehrh. pl. select. t. 57. Mill. ic. t. 277. Hab. in Pyrenaeis. Hoc genus in memoriam cl. Ramond ob merita in plantas pyrenaicas observandas sic appellatur.

492. DATURA. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Cal.* tubulosus, angulatus, deciduus: basi orbiculata persistente. *Caps.* 4-valvis, 4-locularis, lævis, aut spinosa.

1. *ferox*, pericarpiis spinosis erectis ovatis: spinis summis maximis convergentib. Linn. Willd. Sp. 2. p. 1007. Moris. 3. s. 15. t. 2. f. 4. Hab. in China. Flores parvuli. Fol. plicata. ⊙

2. *Stramonium*, pericarp. spinosis erectis ovatis, foliis ovatis sinuatis glabris basi in petiolum attenuatis. Flor. dan. t. 436. Blackw. t. 313. Curt. Lond. ic. Habit. in America, nunc vulgaris in ruderatis per Europam. In loco natali cor. etiam violaceo-caerulea. Flor. Per. e. p. 15. ⊙

3. *Tatula*, pericarpiis spinosis erectis ovatis, fol. cordatis glabris dentatis. Lin. Hab. . . . Fol. basi quasi truncata. Caul. purpurascens, punctis albis adspersus. Cor. pallide caeruleae ⊙

* *dubia*, fol. ovato-lanceolatis indivisis petiolatis. Hab. . . Ex herb. cl. Richardi. An var. sequentis cultura ortae?

4. *fastuosa*, pericarpiis tuberculatis nutantibus globosis, fol. ovatis angulatis. Rumph. 5. t. 243. f. 2. Hab. in Aegypto. Cor. violacea, intus alba, passim duplicata s. plena. ⊙

5. *Metel*, cal. tereti subtumido, pericarpiis spinosis nutantibus globosis, foliis cordatis subintegris pubescentibus. Linn. Kniph. cent. 1. t. 24. Rumph. 5. t. 87. Habit. in Asia, Africa et in insulis Canariis. Omnium foetidissima. ⊙

6. *laevis*, pericarpiis glabris inermib. erectis, fol. glabris, caule fistuloso herbaceo. Ait. Kew. 1. p. 239. Jacq. hort. 3. p. 44. t. 82. Hab. in Abyssinia. ⊙

7. *ceratacaula*, pericarp. obovatis inermibus pendulis, fol. ovato-lanceolatis undulatis subtus tomentosis, caul. dichotomis corniformib. Ortega, Decad. p. 11. D. *macro-caulis*, fol. oblongis repandis subtus sericeis, caule herbaceo inferne piloso superne glabro subinflato. Roth. N. Bot. Beyträge, p. 159. Cresc. in ins. Cuba. Cor. speciosa alba: angulis purpurascentibus, circa vesperam explicatur. ⊙

493. BRUGMANSIA. *Cal.* latere ruptilis, persistens. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Antheræ* conglutinatæ. *Stigma* utrinque lineatim decurrens. *Caps.* 2-locularis (inermis.)

1. *candida*, floribus pendulis. Datura *arborea*, pericarp. glabris inermib. oblongis pendulis, fol. ovato-lanceolatis oblongisque geminis, caule fruticoso. Flor. Per. 2. p. 15. t. 128. cfr. Willd. Spec. 2. p. 1010. Hab. in Peruvia. Flores vespertino tempore fragrantes, maximi, albi, penduli. ♄

2? *bicolor*, fol. congestis, cor. versicolore. Datura *sanguinea*, pericarp. iner-

mibus oblongo - cylindricis pendulis, fol. lanceolatis angulatis congestis, caule fruticoso. Flor. Per. 2. p. 15. Cresc. in Peruv. in altis, frigidis et ruderatis. Cor. e medio ad basin lutescens, superne rubra, lineis 15 sanguineis maculata.

Obs. Ex analogia cum priore, nec ex autopsia, hanc speciem huc retuli. Cl. Moench. in Meth. plant. suppl. p. 37. aliam adhuc speciem capsulis muricatis instructam descripsit, quae forte etiam hujus generis est. Speciosum hoc genus, cum Daturis habitu tantum conveniens, memoriae Cl. Brügmans, Professoris Historiae naturalis et Botanices Lugduni Batavorum meritissimi et dignissimi dicari velim.

494. HYOSCYAMUS. *Cor.* infundibuliformis, obtusa, irregularis. *Stam.* inclinata. *Caps.* operculata, 2-locularis.

1. *niger*, fol. amplexicaulibus sinuatis, flor. venosis sessilibus. Lin. Willd. Spec. 2. p. 1010. Engl. botan. t. 52. Hab. in Europ. ruderatis pinguibus. Planta venenata. Cor. ochroleuca. ♂

2. *reticulatus*, fol. caulinis petiolatis cordatis sinuatis acutis: floralibus integerrimis, corol. ventricosis. Linn. Cam. hort. 77. t. 22. Habit. in Creta, Syria, Aegypto. Cor. campanulatae, rubrae, venis obscuris pulchre reticulatae. L. ♂

3. *albus*, fol. petiolatis sinuatis obtusis, flor. sessilibus. Lin. Blackw. t. 111. Hab. in Europa australi. ⊙

4. *aureus*, fol. petiolatis dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructibus pendulis. Lin. Hab. in Creta, Oriente. Cor. aurea, fauce atro-purpurea striata. ♂

5. *muticus*, fol. petiolatis ovatis acutangulis, calycibus muticis, bract. indivisis. Lin. Mant. 45. H. betaefolius. Lam. Hab. in Aegypto, Arabia. Racemus secundus apice incurvato. ♂

6. *pusillus*, fol. lanceolatis dentatis: flor. inferioribus binis, calycibus spinosis. Pluck. alm. 188. t. 37. f. 5. Habit. in Persia. Cor. flava fauce nigra. ⊙

7. *physaloides*, fol. ovatis integerrimis, calycibus inflatis subglobosis. L. Amoen. acad. 7. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiria. Cor. purpurascentes. Stam. conniventia. Stigma capitatum, albidum. Floret primo vere. ♃

8. *Scopolia*, fol. ovatis integris, calyc. inflatis campanulatis laevibus. Scop. carn. ed. 2. n.° 254. Scopola carniolica. Jacq. obs. 1. p. 32. t. 20. Hab. circa Idriam in sylvis. Cor. Atropae. Caps. operculata Hyoscyami.

495. NICOTIANA. *Cor.* infundibuliformis, limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis.

1. *Tabacum*, fol. lanceolato-ovatis sessilibus decurrentibus, flor. acutis. Linn. Willd. Sp. 2. p. 1014. Blackw. t. 146. Hab. in America; nota Europaeis ab a° 1560.

2. *fruticosa*, fol. lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, flor. acutis, caule frutescente. Lin. Hab. ad Cap. b. spei et in China.

3. *rustica*, fol. petiolatis ovatis integerrimis, flor. obtusis. Blackw. t. 437. In America.

4. *paniculata*, fol. petiolatis-cordatis integerrimis, flor. (parvis) paniculatis obtusis clavatis. Flor. Per. 2. p. 16. t. 129. Habit. in Peru.

5. *urens*, fol. cordatis crenatis, racem. recurvatis, caule hispido pruriginoso. L. Plum. Spec. 3. ic. 211. Hab. in America meridionali. Caps. Acanthi more dehiscit. Juss. ♄

6. *glutinosa*, foliis petiolatis cordatis integerrimis, flor. racemosis secundis subringentibus. Lin. Flor. Per. 2. p. 16. Act. holm. 1753. p. 61. t. 2. In Peru et petrosis Limae. Calycis una lacinia reliquis duplo major. ⊙

7. *undulata*, fol. radicalibus subspatulatis: caulin. petiolatis ovatis undulatis, flor. nutantibus: tubo longo cylindrico. Vent. Jard. de Malmaison. p. 10. ic. 10. Hab. prope oppidum Jackson in N. Holl. Silenem refert. Cor. lactea: limbo plano.

8. *crispa*, caule tuberculato ramoso, ramis attenuatis, fol. lanceolatis acutis undulato-crispis. N. plumbaginifolia. Viviani Elench. Plant. Hort Dinegro. p. 26. N. crispa. H. P. Flor. albidi. Cor. laciniis acutis, plicatis.

9. *tomentosa*, fol. lanceolatis decurrentibus subtus tomentosis, panic. maxima diffusa, cor. subringentibus acutis. Flor. Per. 2. p. 16. t. 129. f. a. Hab. in ruderatis et arvis in Peruvia. ♄

10. *undulata*, fol. lanceolatis petiolatis undulatis, racemis terminalibus, calice bilabiato, cor. brevibus acutis. Flor. Per. t. 130. f. b. Cresc. in frigidis locis Tar-

mae. Cal. denticulus supremus longissim. Cor. lutea. ⊙

11. *angustifolia*, fol. lanceolatis: superioribus linearibus acutis, panic. diffusa, cor. angustissimis: limbo plicato. Fl. Per. t. 130. f. a. In Conceptionis Chile versuris. Cor. tubus viridis, limbus albus. ⊙

12. *pusilla*, fol. oblongo-ovalibus radicalibus, flor. racemosis acutis, fol. ovato-lanceolatis obtusis rugosis, cal. brevissimis. Mill. ic. 185. f. 2. Hab. in Vera Cruce.

496. PETUNIA. *Cal.* profunde 5-fidus: laciniis subspathulatis. *Cor.* tubulosa: limbo dilatato subquinquelobo. *Stigma* capitatum, bilobum. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma.

1. *parviflora*, caulibus prostratis, cor. vix calyce longioribus. Jussieu in Annal. du Mus. d'Hist. Natur. Fasc. 9. p. 214. 216. t. 47. f. 1. Hab. in America ad flum. Plata, uti et sequens species. Fol. Cerastii.

2. *nyctaginiflora*, caule hirto, foliis ovato-oblongis pubescentibus, cor. calyce 4-plo longiorib. Juss. l. c. f. 2. Fol. Heliotropii. Cor. magna Mirabilis. J.

497. LAMARKEA. *Cal.* longus, 5-gonus, 5-fidus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-partita: limbo subæquali obtuso. *Caps.* teres, 2-locularis, polysperma.

1. *coccinea*, glaberrima, fol. obovatis nitidis. Richard in Act. Soc. Lin. p. 107. Hab. in Cayenna.

† † *Fructus baccatus.*

498. ULLOA. *Cal.* ovatus, inflatus, 5-partitus. *Cor.* tubulosa: fauce gibbosa. *Stigma* oblongum. *Bacca* bilocularis calyce magno obvoluta. *Sem.* reniformia.

1. *parasitica*. Juanulloa parasitica, fol. oblongis acuminatis, racemis dependentib. dichotomis. Flor. Peruv. 2. p. 47. t. 185. Hab. in Peruv. nemoribus. Flor. et fruct. colore puniceo. ♄

499. JABOROSA. *Cor.* tubulosa. *Cal.* 5-fidus, brevis. *Stam.* fauci inserta. *Stigma* capitatum. *Bacca*?

1. *integrifolia*, fol. ovatis subintegerrimis, flore longo tubuloso. Lam. enc. 3. p. 181. t. 114. Willd. Sp. 2. p. 1016. Hab. in Bonaria. ♃

2. *runcinata*, fol. sinuato-lyratis dentatis, flore brevi subcampanulato. l. c. Cum priore. Scapus in his specieb. est uniflorus. Willd. ♃

500. TRIGUERA. *Cor.* campanulata: limbo inæquali. *Nect.* breve, germen cingens, 5-dentatum. *Filam.* nectario inserta. *Bacca* 4-locularis: loculis 2-spermis.

1. *ambrosiaca*, caule sulcato-alato, fol. superioribus obovatis dentatis pubescentibus. Willd. Sp. 2. p. 839. Cav. Diss. 2. app. 2. t. a. Hab. in Boëtia. ⊙

2. *inodora*, fol. ovato-lanceolatis integerrimis glabris. Cav. l. c. app. 3. Cresc. cum priore.

501. SOLANDRA. *Cal.* rumpens. *Cor.* clavato-infundibuliformis maxima. *Bacca* 4-locularis, polysperma.

1. *grandiflora*. Swartz. Flor. p. 387. t. 9. Willd. Sp. 2. p. 936. In Jamaic. arborib. maximis et rupium fissuris subparasitica. Cor. lutea. Datura sarmentosa. Lam. ill. 2. p. 9.

502. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* distantia. *Bacca* globosa, 2-locularis, calyci insidens.

1. *Mandragora*, acaulis, scapis uniflor. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1016. Bull. herb. t. 145. Mandragora acaulis. Gaertn. de sem. 2. p. 237. Blackw. t. 364. Mandragora mas. Lobel. ic. 267. Flor. vere. Cor. albida.

β. A. fol. minoribus angustioribus et magis undulatis. Lam. encycl. 1. p. 391. Mandragora flore subcaeruleo purpurasc. Bauh. pin. Hab. in Hispaniae, Helvetiae, Italiae, Sibiriae, Cretae, Cycladum apricis. An distinctum genus?

2. *Belladonna*, caule herbaceo brachiato, fol. ovatis integris. L. Jacq. austr. 4. t. 309. Hab. in Austriae, Angliae, Germaniae, Italiae montibus sylvosis. Corol. parum ringens, fusca. Bacca nigra, venenata. ♃

3. *umbellata*, caule frutescente, fol. ovatis cordatisque integerrimis angulatisque, flor. umbellatis, cor. revolutis. Flor. Per. 2. p. 44. t. 181. f. a. Hab. in Peruviae collibus. Cor. mellifera. Stigm. capitatum.

4. *biflora*, caule fruticoso, fol. ovatis acutis integerrimis, pedunc. bifloris, stam. cor. longioribus. Flor. Per. t. 181. fig. b. Cresc. in praeruptis locisque humidis. Cor. suburceolata, extus villosa. Stigmat. 2-lobum.

5. *bicolor*, caule fruticoso, fol. ovatis angulatis glabris, pedunc. 3-4-floris. Flor. Per. 2. p. 45. Habit. in Peruviae umbrosis. Corol. tubulosa, rubro-viridis. Fol. subgemina.

6. *aspera*, caule herbaceo, fol. ovatis geminis: altero minori, flor. solitaris cernuis, cor. subdecemfidis. Flor. Per. l. c. Cor. luteo - caerulea, centro violacea: lacin. 5 - acutis, 5-alternis emarginatis. Filam. hirsuta.

7. *procumbens*, caule herbaceo procumbente, fol. geminis ovatis integerrimis (tenerioribus dorso et margine villosis) flor. umbellatis plicatis filam. glabris. Cav. ic. 1. p. 53. t. 72. A. plicata. Roth. Cat. 2. p. 24. Saracha procumbens. Flor. Per. 2. p. 43. t. 180. f. b. Hab. in Peruvia et Mexico. Cor. pubescens. Bacca depresso-globosa, lutea, 2-locularis. Roth. 1-locularis. Fl. Per.

8. *umbellata*, caule erecto herbaceo hirto, umbellis axillaribus pedunculatis cernuis, flor. plicatis, filam. basi barbatis, fol. ovatis scabris, floralib. geminis. Roth. l. c. p. 26. Hab... Bacca globosa nitida atra, lineis 4-cruciatis notata, 2-locular. Priori affinis.

* SARACHA. *Cor. rotato-campanulata. Bacca* (per abortum) 1-locularis. Recept. carnosum.

9. *punctata*, suffruticosa, fol. ovato-oblongis, cor. punctatis. Flor. Per. 2. p. 42. t. 178. In Peruv. altis. Flor. majusculi nutantes.

10. *dentata*, caule procumbente, fol. geminis ovatis integris dentatisque, pedunc. subquadrifloris. Flor. Per. 2. l. c. t. 179. f. b. sub *Saracha*, uti antecedens et sequentes species. Corol. albo - violacea, utrinque villosa. Cresc. cum priore.

11. *contorta*, fol. ovatis angulato-dentatis integrisque, pedunc. multifloris umbellatis. Flor. Peruv. 2. p. 43. t. 180. f. a. In praeruptis Cantae. Stamina basi hirta. ☉

12. *biflora*, pubescens, fol. ovatis subgeminis, pedunc. bifloris. Flor. Peruv. 2. p. 42. t. 139. Hab. in Peruvia inter segetes et ad saepes. Corol. luteo - viridis. Bacca alba. ♃

13. *solanacea*, caule fruticoso, pedunc. solitar., cor. campanulatis, fol. subovatis. Linn. Mant. 205. Solanum aggregatum. Jacq. ic. rar. 2. t. 323. Collect. 4. p. 124. Solanum guineense. Lin. Spec. plant. 2. p. 263. Hab. ad Cap. b. spei littora maritima. ♄

Obs. An potius Solanum? vide Roth N. Bot. Beyträge, p. 162.

14. *arborescens*, caule frutescente, peduncul. confertis, corol. revolutis, fol. oblongis. Linn. Habit. in locis montosis frigidis Jamaicae. Cor. alba. ♄

15. *frutescens*, caule fruticoso, pedunc. confertis (subsolitariis), fol. cordato-ovatis obtusis. Linn. Lam. ill. t. 114. Physalis suberosa, cortice suberoso, fol. orbiculatis nitidis integerrimis. Cavan. ic. 2. p. 1. t. 102. Barr. ic. 1173. Hab. in Hispania. ♄

503. NICANDRA. *Cal.* 5-partitus, 5-angulatus: angulis compressis laciniisque sagittatis. *Cor.* campanulata. *Stam.* incurva. *Bacca* carnosa (exsucca 3-5-locularis, cal. tecta.)

1. *Physalodes.* Gaertn. de fruct. 2. p. 237. t. 131. Atropa Physalodes. Lin. Calydermos erosus. Flor. Per. 2. p. 44. Hab. sponte in segetibus, ruderatis et versuris Limae etc., ubi per totum annum floret. Caulis subaltus ramosissimus. Cal. membranaceus venoso-reticulatus. Cor. albo-caerulea. ☉

504. LINKIA. *Cal.* 5-partitus: laciniis lineari-lanceolatis erectis. *Cor.* campanulata: tubo pentagono. *Anth.* sagittatæ.

1. *peruviana.* Desfontainia *spinosa*, fol. ovatis dentato-spinosis, flor. solitariis. Flor. Per. 2. p. 47. t. 186. Hab. in Peruv. nemoribus ad Churupallana praedium in Provinc. Tarma et inter Munna et Pozuzo. Fol. sapore amara, eaque masticata papyrum luteo colore tingunt. Frutex ad sepes conficiendas utilis et ob flor. coccineorum pulchritudinem coli meretur.

Obs. Cum jam genus *Fontanesia* existat, nomen mutandum erat. Plantam dicavi memoriae Cl. *Link*, viri amicissimi, Professor. apud Rostockienses, ob opuscula botanica varia bene meriti.

505. PHYSALIS. *Cor.* campanulato-rotata. *Stam.* conniventia.

Bacca intra calycem inflatum, bilocularis.

* *Perennes.*

1. *somnifera*, caule fruticoso, ramis rectis, flor. confertis. Willd. Spec. 2. p 1019. Cavan. ic. 2. p. 2. t. 103. Habit. in Mexico, Creta, Hispania. Fructus Physalidis, Flos Atropae. ♄

2. *aristata*, caule fruticoso, fol. oblongis integris glabris, ramis petiolis pedunculisque lanuginosis, denticulis calycin. aristatis. Ait. Kew. 1. p. 244. Habit. in ins. Canariis. ♃

3. *flexuosa*, caule fruticoso, ramis flexuosis, flor. confertis. L. Hab. in India. Habitus P. somniferae. ♄

4. *arborescens*, caule fruticoso, fol. ovatis pilosis, flor. solitariis, cor. revolut. Lin. Mill. dict. t. 206. f. 2. Hab. in Campechia.

5. *curassavica*, caul. fruticoso, fol. ovatis tomentosis. Lin. Pluck. alm. 352. t. 111. f. 5. Hab. in Curassao.

6. *tomentosa*, caule fruticoso tomentoso, fol. elliptico-oblongis tomentosis, fl. lateralib. aggregatis. Thunb. prodr. p. 37. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

7. *viscosa*, fol. geminis repandis obtusis subtomentosis, caule herbaceo superne paniculato. Jacq. hort. t. 136. Alkekengi bonariense repens, bacca turbinata viscosa. Dill. elth. 11. t. 10. f. 10. S. Hab. in Virginia, Bonaria. Tomentosa et subscabra, sed non viscosa. Jacq. † ♃

8. *obscura*, herbacea divaricato-ramosissima, foliis suborbiculatis acuminatis inaequaliter dentatis. Michaux Flor. 1. p. 149. Habit. in Carolina. Cor. flava, maculis fuscis, anth. caerulescentes. *Var.* viscido-pubescens, et β. glabra.

9. *lanceolata*, pumila pubescens, fol. subsessilibus ovali-lanceolatis subintegris, cal. villoso, caule dichotomo. Mich. l. c. In Carolina. ♃

10. *pensylvanica*, fol. ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, flor. geminis, caule herbaceo. Hab. in Virginia. Flor. unicolores. ♃

11. *Alkekengi*, foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. Hab. in Italiae, Germaniae, Japoniae scrobibus. Calyces fructus sanguinei. ♃

12. *peruviana*, pubescens, fol. cordatis integerrimis. Spec. pl. 1670. Hab. Limae. Simillima Daturae Metel. Flor. penduli, lutei, umbilico cor. maculis quinque fuscis utrinque conspicuis, fauceque hirsuta. L.

** *Annuae.*

13. *angulata*, ramosissima, ramis angulatis glabris, fol. ovatis dentatis. P. fol. oblongo-lanceolatis dentatis integerrimisque, flor. pendulis. Flor. Per. 2. p. 42. Dill. elth. 13. t. 12. f. 12 Hab. in India utraque. ⊙

14. *pubescens*, ramosissima, fol. villoso-viscosis cordatis, flor. pendulis, cal. fructiferis subrotundo-globosis angulatis. Willd. p. 1023. Flor. Per. 2. p. 41. Moris. s. 13. t. 3. f. 24. Hab. in India utraque. Corollae maculae fuscae. Baccae globosae, luteae.

15. *nodosa*, herbacea ramosa, foliis ovato-oblongis suberosis pubescentibus, flor. pendulis. Lam. ill. p. 29. Hab. in America.

* *latifolia*, erecta ramosa villosa pubesens, fol. cordatis subintegerrimis, pedunc. brevibus nutantibus 1-floris. Lam. ill. l. c. Ph. barbadensis. Enc. bot. 2. p... In Amer. Sequenti affinis.

16. *barbadensis*, ramosissima, foliis ovato-cordatis pubescentib., flor. pendulis, cal. fructiferis ovato-acuminatis angulatis. Willd. Jacq. ic. rar. 1. t. 39. Hab. in Barbados.

17. *chenopodifolia*, ramosissima, fol. glabris ovatis acuminatis angulato-dentatis, cal. laevibus, magnitudine fructus, globosis. Willd. l. c. Hab... ⊙

18. *minima*, ramosissima, pedunculis fructiferis fol. villoso longioribus. Herm. Lugd. B. t. 571. Rheed. 10. t. 140. f. 71. In Indiae aridis sordidis. ⊙

19. *pruinosa*, ramosissima, fol. villosis, pedunc. strictis. Lin. Alkekengi barbadense, nanum, Alliariae fol. Dill. elth. 12. t. 9. f. 9. Hab. in America. Antherae flavae. Baccae subturbinatae. L. ⊙

20. *prostrata*, ramosissima diffusa prostrata, fol. ovatis repandis, caule ramisque teretibus hirsutis. Jacq. ic. rar. 1. t. 38. Collect. 1. p. 99. L'Her. Stirp. p. 43. t. 22. Hab. in Peruviae arenosis et collibus. Cor. flagrans, caerulea, lineis purpureis maculata. Flor. Per. 2. p. 41. Audr. t. 75.

506. SOLANUM. *Cal.* persistens. *Cor.* rotata, aut campanulata 5-loba, plicata. *Antherae* sub-

coalitæ, apice porogemino dehiscentes. *Bacca* 2-locularis, polysperma. (*Anth.* passim liberæ præsertim in corol. basi hyalina.)

† *Inermia.*

* *Foliis integris, aut sinuatis.*

1. *laurifolium*, caule inermi arboreo, fol. petiolatis ovato-oblongis subtus tomentosis, panicula terminali dichotoma divaricata. Lin. suppl. 148. Hab. in America australi. Arb. Baccae nigrae.

2. *verbascifolium*, caule inermi fruticoso, fol. ovatis tomentosis integerrimis, corymbis bifidis terminalib. Willd. phyt. 1. p. 5. n. 17. Jacq. hort. t. 13. Pluck. alm. 351. t. 316. f. 1. Hab. in Amer. ♄

auriculatum, caule inermi fruticoso, fol. ovatis acuminatis tomentosis integerrimis, stipulis cordatis, corymbis bifidis terminalibus. Willd. Ait. Kew. 1. p. 246. Hab. in ins. Madagascar, Mauritii et Borboniae. An Var. praecedentis ? Stipulis nonnunquam deciduis.

4. *pubescens*, caule inermi tomentoso fruticoso, fol. ovatis, basi decrescentibus integerrimis pubescentibus, racemis subumbellatis axillaribus. Willd. phyt. 1. p. 5. t. 3. Habit. in Indiae orientalis hortis. Simile S. verbascifolio, flor. racemoso-umbellatis, oppositifoliis.

* *luteo-album*, caule fruticoso, foliis ovatis acutis, racemis lateralibus, flor. secundis. Fl. Per. 2. p. 36. t. 169. f. b. (S. *pubescens.*) Hab. in Per. nemoribus ad Cuchero tractus. Fol. utrinque pubescentia. Cor. albo-lutescens. An prioris varietas ?

5. *virgatum*, caule inermi frutescente, ramis virgatis, fol. ovato-acutis, subtus tomentosis, umbellis (in ramorum dichotomia) sessilibus. Lam. ill. 2310. encycl. p. 280. In Canariis. ♄

6. *riparium*, caule inermi fruticoso, fol. ovatis incanis, corymb. terminalibus dichotomis multifloris. Fl. Per. 2. p. 34. t. 166. f. b. (S. *dichotomum*. Hab. in Huanuci provincia ad torrentium margines. Rami tomentoso-pulverulenti. Flor. parvi. Cor. calyce duplo major, violacea. Bacca lutea.

7. *nutans*, caule inermi fruticoso, fol. oblongo-ovatis acuminatis, racemis brevissimis oppositifoliis, flor. secundis nutantibus. Flor. Peruv. 2. p. 34. t. 166. f. a. Habit. in Peruviae ruderatis passim in Pillao circuitu. Frutex ferrugineus. Folia integerrima, venosissima. Corolla alba brevis.

8. *grandiflorum*, caule arboreo, fol. ovatis sinuatis integerrimisque, racemis rameis recurvis, flor. secundis magnis. Fl. Per. 2. p. 35. t. 168. f. b. Hab. in Peruv. nemoribus imis et calidis ad Pozuzo. Arb. sexorgyalis. Fol. subtus lanuginosa, supra hispida. Cor. violacea, zonis 5 extus lanuginosis. Bacca magna lanuginosa.

9. *viridiflorum*, caule fruticoso, fol. cordatis simplicibus, racemis dependentib. Flor. Peruv. 2. p. 38. t. 173. f. b. Hab. in Peruv. nemoribus. Planta orgyalis, villosa. Cor. viridis. Bacca magna, turbinata, villosa.

10. *sessile*, caule inermi fruticoso, fol. spathulatis sessilib., pedunc. terminalib. recurvo-pendulis, flor. capitato-umbellatis. Flor. Peruv. 2. p. 35. t. 167. f. a. Hab. in Peruv. ruderatis ad Munna vicum. Frutex biorgyalis, glaber. Fol. conferta, ad basin crispa, pedalia. Flor. parvi. Corol. alba. Bacca alba.

11. *Melongena*, caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. inermib. Syst. veg. 188. Willd. sp. p. 1036. S. pomiferum fructu oblongo. Bauh. pin. 167. Pluck. phyt. 226. f. 2. Fructus magnus violaceus.

β. *ovigera*, fructu ovato albo. Mill. Tournef. inst. 151. Lam. enc. p. 294. In Asia, Africa, America. An var. S. *insani*, cui aculeis exceptis, similis ?

12. *muricatum*, caule subinermi suffruticoso radicante, turionibus muricatis, fol. oblongo-lanceolatis integris pubescentibus. Ait. Kew 1. p. 250. Willd. Sp. pl. p. 1037. Few. Peru. 2. p. 735. t. 26. S. scabrum. Lam. enc. p. 291. S. *variegatum*, fol. lanceolatis basi inaequalibus excavatis, fl. cymosis, fructu maximo ovato. Fl. Per. 2. p. 32. t. 162. f. a. Hab. copiose in Peruv. cultis. Caulis radicans. Bacca ovata alba, purpureo colore variegata, pendula. 1-2-palmaris, edulis. ♄

13. *salvifolium*, caule inermi fruticoso, fol. ovato-lanceolatis subtus tomentosis, calycibus corollisque tomentosis. Lam. ill. n.° 2108. enc. p. 280. An S. *subinerme*. Jacq. Willd. Sp. 2. p. 1037. S. Hab. in Gujana et Jamaica. ♄

β ? *longiflorum*, inerme, fol. ellipticis integris attenuatis infra subtomentosis, racemis lateralibus, cor. 5-partitis. Vahl. eclog. amer. 1. p. 20. Hab. in Cajenna.

14. *terminale*, inerme frutescens, fol.

lanceolato-ovatis subintegerrimis pilosis, umbellis terminalibus. Vahl. l. c. Forsk. descr. p. 45. Hab. in Arabia felici. ♄

15. *pauciflorum*, fol. ovatis integerrimis, ramis calycibusque decemdentatis tomentosis, pedunc. axillaribus geminis unifloris. Vahl. eclog. 1. p. 20. Hab. in Martinica.

16. *diphyllum*, caule inermi fruticoso, fol. geminis: altero minore, flor. cymosis. Jacq. ic. rar. 2. t. 322. Collect. 2. p. 331. Hab. in Amer. Pedunc. subsolitariis. Bacca flava. ♄

17. *fugax*, caule inermi fruticoso dichotomo divaricato, fol. lanceolatis integerrimis glabris, pedunculis longissimis solitariis axillaribus unifloris, cal. decemdentato. Willd. p. 1027. Jacq. ic. rar. 2. t. 324. Collect. 4. p. 123. Lam. enc. 4. p. 282. Hab. circa Caracas. Cor. stellaris: angulis flavescentibus. ♄

18. *geminatum*, fol. ovatis integerrim. calycibusque decemdentatis glabris, pedunc. axillaribus geminis unifloris, caule scandente. Vahl. eclog. 1. p. 21. Hab. in Cajenna. ♄

19. *retrofractum*, fol. ovatis glabris, ramulis axillaribus retrofractis, umbellis axillaribus terminalibusque sessilibus, cal. truncatis. Vahl. eclog. 1. p. 21. Hab. in Amer. merid. Affine S. geminato. ♄

20. *stellatum*, caule inermi fruticoso scandente flexuoso, fol. ovatis glabris acuminatis, pedunc. subgeminatis unifloris axillaribus, calycib. inaequaliter dentatis. Willd. p. 1028. Jacq. ic. rar. 2. t. 325. Coll. 3. p. 254. Hab.. Calyx est quadri-quinque- et sex-dentatus: dentibus inaequalibus. Willd. ♄

21. *scandens*, caule inermi volubili, fol. cordatis ovatis dependentibus subtus mollissimis, panic. terminalib. Lin. suppl. 147. Enc. p. 292. Hab. in Surinamo. Caul. herbaceus. Cor. lacin. recurvis.

22. *glandulosum*, caule suffruticoso scandente, fol. geminis ovato-cordatis, pedunc. 3-quinis interfoliaceis, denticul. calycinis glandulaeformibus. Flor. Peruv. 2. p. 35. t. 167. f. b. Hab. in Peruviae nemoribus. Fol. opposita? Cal. turbinatus, angulato-striatus, carnosus. Lacin. 10, rarius 12-14, glandulaeformibus!

23. *lentum*, fruticosum inerme decumbens, ramis subscandentib., fol. petiolatis ovatis, flor. terminalib. subumbellatis sessilib., cal. 10-dentato. Hab. in Mexico Stam. 4 sessilia, unicum longius pedicellatum. Cor. violacea: limbo 5-gono.

24. *obliquum*, caule inermi suffruticoso, fol. cordatis obliquis acutis, pedunc. lateralib. recurvis, flor. secundis. Flor. Per. 2. p. 35. t. 165. f. a. Habit. in Peruviae nemoribus ad Chincao vicum, biorgyale. Cor. purpureo-violacea. Bacca oblonga.

25. *oblongum*, caule inermi suffruticoso, fol. geminis oblongis acuminatis altero maximo, racemis lateralibus brevissimis, flor. secundis. Flor. Per. 2. p. 34. t. 165. f. b. Habit. in Peruv. nemorib. ad Pillao tractus. Planta glaberrima. Fol. majora tripalmaria, parva quadruplo minora. Bacca lutesceus.

26. *biformifolium*, caule inermi suffruticoso flexuoso, fol. geminis oblongo-lanceolatis: altero minimo orbiculato, pedunc. 1-floris interfoliaceis, cal. 10-partito. Flor. Per. 2. p. 32. t. 161. f. a. Hab. in Peruv. nemoribus ad Chincao runcationes. Corol. purpureo-violacea, patens. Calyx multipartitus, lacin. linearib. Bacca luteo-rubra, cal. incarcerata.

Obs. Haec et frequens species tam cal. multipartito, quam flor. situ axillari a ceteris differunt Solanis, an ab iis genere disjungendae?

27. *lineatum*, caule inermi fruticoso, fol. geminis ovatis acuminatis lineatis subtus villosis, pedunc. interfoliaceis 1-floris, cal. 10-fido. Flor. Per. 2. p. 31. t. 158. f. b. Hab. in Peruv. nemoribus ad Munna vicum. Cal. multipartitus: lacin. linearib. Cor. alba, longitudine calycis. Bacca cal. incarcerata, fusca.

28. *acuminatum*, caule inermi fruticoso, fol. geminis ovatis oblongisque acumine stricto, racemis lateralibus, flor. secundis. Fl. Per. 2. p. 34. t. 159. f. a. Hab. in Peruviae nemoribus ad Chincao vicum. Planta glabra, caulis erectus, ramosus. Cor. parva, alba.

29. *filiforme*, caule inermi fruticoso, fol. ovatis cordatisque obtusis, pedunculis lateralibus filiformibus bifidis subumbellatis. Flor. Peruv. 2. p. 31. t. 159. f. b. In Peruviae collib. Planta habitu Salviae. Caulis granulosus. Corolla albo-caerule

30. *triquetrum*, caule inermi frutescente triquetro, fol. cordatis acuminatis glabris, umbellis oppositifoliis subpedunculatis. Willd. Sp. p. 1029. S. caule triquetro, fol. cordatis in lanceae ferrum

productis. Cav. ic. 3. p. 30. t. 259. Hab. in N. Hispania. Caulis humifusus ramosus. Umb. 4-flora. Cor. alba. ♄

31. *foetidum*, caule inermi fruticoso, fol. ovatis dependentibus, umbel. oppositifol. nutantibus. Flor. Peruv. 2. p. 39. Hab. in Tarmae oppidi versuris et ruderatis. Planta foetidissima. Cor. albo-caerulea. Bacca aurea.

32. *urceolatum*, caule fruticoso, fol. oblongis acuminatis, pedunc. oppositifol. 2-4-floris. Flor. Per. 2. p. 35. t. 168. f. a. (S. oppositifolium.) Hab. in Peruviae nemorib. ad Vitoc vicum. Planta orgyalis. Fol. undulato-repanda, utrinque glabra. Cal. in flore parvus, in fructu magnus, fere urceolatus. Dantur plures species ubi flores fol. sunt oppositi, hinc nomen minus congruum mutavi.

33. *pulverulentum*, caule inermi fruticoso, ramis pulverulentis, fol. lanceolato-linearibus, racemis rameis subcorymbos. Flor. Peruv. 2. p. 33. t. 163. f. b. (S. *angustifolium*.) Hab. in nemorib. Huanuci ad Acamayo tractus. Caulis ramosissimus. Fol. undulata longa venosa. Cor. albo-violacea.

34. *nitidum*, caule inermi fruticoso, ramis glabris nitidis, fol. ovato-lanceolatis acutis, racem. terminalib. subcymosis. Fl. Peruv. 2. p. 33. t. 163. f. a. Habit. in Peruv. nemorib. ad Tarmae provinciam. Fol. leviter repanda, venosa. Cor. albo-violacea, pulverulenta. Bacca nigra.

35. *corymbosum*, caule inermi suffruticoso, fol. ovato-lanceolatis acutis, pedunc. florentib. corymbosis. Jacq. ic. rar. 1. t. 40. Collect. 1. p. 78. S. fol. ovatis integris subtrilobisque, flor. cymosis. Retz. obs. 5. p. 22.

β. S. *cymosum*. Fl. Per. p. 31. t. 160. f. a. Hab. in Peruv. cultis, versuris et subhumidis locis. ♃

36. *nodiflorum*, caule inermi fruticoso, foliis glabris ovatis utrinque acuminatis, umbellis pedunculatis extrafoliaceis (e caulis nodis prodeuntibus.) Willd. Spec. p. 1035. S. fol. per petiolum decurrentibus, pedunc. filiformib. umbelliferis intrafoliaceis Jacq. ic. rar. 2. t. 326. Collect. 2. p. 288. Hab. in ins. Mauritii. Pedunc. ex caul. nodis incrassatis rubescentibus proveniunt. ♄

37. *incurvum*, pubescens, caule herbaceo, fol. ovatis acuminatis, racemis geminis, altero breviori, pedicel. incurvis secundis. Flor. Per. 2. p. 34. t. 164. f. b. Hab. in Peruv. nemorib. ad Munna vicum. Planta bipedalis. Caulis articulationibus incrassatus. Cor. albo-violacea.

38. *patulum*, caule inermi fruticoso, ramis pulverulentis, fol. lanceolatis acutis, racemis terminalib. patulis. Fl. Per. 2. p. 33. t. 164. f. a. (S. lanceolatum.) Hab. in Peruviae nemorib. Fol. sesquipalmaria. Cor. violacea magna. Bacca nigra. Pedunc. elongati, gemini, glabri.

39. *havanense*, caule inermi frutescente, fol. lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. subbiflor. L. Mant. 47. Swartz. obs. 82. Jacq. amer. 49. t. 35. Ed. picta. t. 48. Fl. Per. 2. p. 39. Hab. in Martinicae, Jamaicae, Peruv. umbrosis locis. Fol. aliquando gemina. Pedunc. solitarii 2-ternique.

40. *anceps*, caule herbaceo, fol. oblongo-lanceolatis, pedunc. axillaribus bi-ternis brevissimis, fructibus conicis ancipitib. Fl. Per. 2. p. 36. t. 169. f. a. Hab. in Peruv. nemorib. ad Cuchero tractus. Planta herbacea, tripedalis. Fol. integerrima. Flores secundi, parvi, virescentes. Bacca versus apicem multiangularis.

41. *Gnaphaloides*, caule inermi fruticoso, fol. lanceolatis repandis nitidis, umbellis oppositifoliis tomentosis, baccis nutantib. Flor. Peruv. 2. p. 31. (S. calygnaphalium.) Habit. in Peruv. umbrosis. Frutex bi-orgyalis. Cor. violacea. Baccae atrorubrae, saponaceae.

42. *acutifolium*, caule inermi suffruticoso flexuoso, foliis geminis ternisque lanceolatis integerrimis, pedunc. 1-floris interfoliaceis. Fl. Per. 2. p. 33. t. 162. f. b. Hab. in Munna nemorib. calidis hirsuta. Fol. utrinque hispidula, deflexa. Cor. alba.

43. *sericeum*, caule inermi fruticoso, ramis gracilibus, fol. (parvulis) ovatis lanceolatis sericeis integerrimis, pedunc. lateralib. 2-flor. Flor. Peruv. 2. p. 33. t. 161. f. b. Hab. in Huassenhuassi nemoribus imis, calidis. Planta triulnaris. Fol. parva, incana. Cor. violaceo-caerulea, extus sericea. Bacca rubra.

44. *Pseudo-capsicum*, caule inermi fruticoso, fol. lanceol. repandis, umbel. sessilib. Lin. S. fruticosum bacciferum. Bauh. pin. 61. Pseudo-capsicum. Dod. pempt. 718. meth. p. 476. Hab. sponte in Madera, nunc ubique in Anthophylorum hortis colitur; autumno in hyemem usque baccis cerasiformibus rubris copiosis onustus est pulcher hicce frutex.

* *microcarpum*, caule inermi fruticoso, fol. ovato-lanceolatis, umbellis lateralib. pedunculatis. Vahl. symb. 2. p. 40. Willd. Spec. pl. p. 1026. S. diphyllum. Forsk. Hab. in Aegypto. Fol. latis integerrimis, umbel. pedunculatis, fructu triplo minore videtur diversum a S. Pseudo-capsico. Vahl. ♄

45. *Dulcamara*, caule inermi fruticoso scandente, fol. cordatis glabris, superiorib. auriculatis, corymbis oppositifol. L. Flor. dan. t. 607. Black. t. 34. S. Scandens s. Dulcamara. Bauh. pin. Hab. in Europae humentibus. Var. fol. omnibus uniformibus et β. pubescentibus, quae forte est S. lignosum, s. Dulcamara marina. Raji. Syn. p. 265, cujus fol. secundum Hudson hirsuta sunt.

46. *crassifolium*, caule inermi frutescente subsarmentoso, fol. ovatis integris vel sinuato-angulosis obtusiusculis, flor. pe...is. Lam. enc. p. 284. S. Dulcamarum africanum, fol. crassis hirsutis. Dill. elth. 365. t. 273. f. 252. Willd. Sp. p. 1029. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

47. *betaceum*, caule fruticoso inermi, fol. ovato-acutis crassis: limbo crispo, racemis pendulis. Cav. ic. 6. p. 15. t. 524. S. crassifolium. Ortegae Dec. p. 117. In N. Hispania. Bacca ovata, magna, luteo-viridis: 3 zonis longitudinalibus fuscis, tandem rubens. C.

48. *crispum*, caule inermi fruticoso, fol. ovatis subcordatisque undulato-crispis acuminatis, flor. corymbosis. Flor. Per. 2. p. 31. t. 158. f. a. Hab. in Chile ruderat. Subtriorgyale, amarissimum. Cor. dilute violacea. Bacca albo-lutescens. Incolae, quibus *Natre* dicitur, decoctum vel infusum ad febres inflammatorias in frequenti usu habent.

49. *leprosum*, caule erecto, fol. oblong. sinuatis subtus incanis, pedunc. solitariis bifloris. Ortega Dec. 9. p. 115. Bacca lutescens, cerasi magnitudine.

50. *ficifolium*, caule fruticoso erecto, fol. cordatis sinuatis, racemis lateralibus 2-3-fidis subcymosis. Ortega Dec. 9. p. 116. Hab. in insula Cuba. Cor. alba, cal. quadruplo longior.

51. *Chenopodioides*, caule inermi subherbaceo, fol. ovato-oblongis repando-sinuatis subhirsutis, junioribus subtus tomentosis. Lam. enc. p. 290. S. chenopodioides acinis albescentibus. Few. obs. 2. t. 14. Hab. in ins. Mauritii.

52. *Phyllanthum*, caule inermi herbaceo alato, fol. sinuato-lobatis floriferis. Cav. ic. 4. p. 55. t. 359. f. 1. S. caule alato, foliis decurrentibus ovatis subtriangularibusque, racemis oppositifol, flor. pendulis. Fl. Per. 2. p. 32. Ha it. in Limae, Chancay et Lurin arenosis locis. Pedunc. oppositifolii, usque ad foliorum discum decurrentes. Spec. singularis ob fol. ad medium pedunculis adnata. Folia cuneata, 5-loba. ⊙

53. *pygmaeum*, caule herbaceo inermi pollicari, fol. ovatis trilobis. Cav. ic. 5. p. 23. t. 439. f. 2. Hab. in planitie vulgo Pampas de Buenos-Ayres. Caul. simplex, terminatus florib. ut plurimum binis. Fol. minima. Bacca minuta, villosa, globosa. ⊙

54. *nigrum*, caule inermi herbaceo, fol. ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantib. Lin. Flor. Dan. t. 460. ⊙

* *patulum*, ramis teretibus glabris, fol. integerrimis glabris. Dill. elth. 367. t. 275. f. 355. Hab. in India.

* *villosum*, (*moschatum*), ramis teretibus villosis, fol. angulatis subvillosis, bac. luteis. Dill. elth. 366. t. 274. f. 353.

* *guineense*, ramis angulatis dentatis, fol. integerrimis glabris. Dill. t. 274. f. 354. Lam. enc. 4. p. 289.

* *virginicum*, ramis angulatis dentatis, fol. repandis glabris. Dill. t. 275. f. 356. S. alatum. Moench. meth. p. 474. Sw. obs. 83. Hab. in Amer.

β. *judaicum*, ramis aculeis incurvis, fol. repandis nudis. Cum priore.

* *hirsutum*. ramis teretibus foliisque integerrimis hirsutis. Vahl. symb. 2. p. 40. S. aegyptiacum. Lam. l. c.

Obs. Varietates sic dictae Sol. *nigri* revera species sunt et cultura non mutantur, excepto S. *judaico*, quod s. *virginici* varietas est. Willd. p. 1034. — Ob conformitatem, quae inter eas obtinet, ut subspecies hic enumeratae sunt.

55. *aethiopicum*, caule inermi herbaceo, fol. ovatis repando-angulatis, pedunc. fertilibus unifloris cernuis, fruct. torulosis. Jacq. hort. t. 12. S. torulosum. Moench. Hab. in Aethiopia. Fruct ruber, magnus, profunde torulosus s. sulcatus.

56. *triste*, caule inermi frutescente, fol. lanceolato-oblongis subrepandis glabris, racemis subcymosis. Jacq. amer. 50. t. 40. f. 2. Ed. pict. t. 49. Hab. in Martinica. ♄

57. *racemosum*, caule inermi frutescente, fol. lanceolatis repandis undulatis, racemis longis rectis. Lin. Jacq. amer. 50. t. 36. Ed. pict. t 50. Hab. in Martinica, Surinami. Flor. albi. Pedunc. apice crassiores. ♄

58. *quadrangulare*, caule inermi frutescente tetragono, fol. ovatis integris angulatisque, flor. paniculatis. Thunb. prod. 36. Lin. suppl. 147. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. saepe decurrunt et caules angulos crispos formant. L. ♄

β? *triangulare*, caule inermi herbaceo trigono. fol. oblongo-ovatis integerrimis nudis, cor. pallide violaceis. Lam. enc. 4. p. 290. Rumph. 6. t. 26. f. 2. Hab. in Ind. orient. ⊙

59. *repandum*, caule inermi subherbaceo flexuoso laevi, fol. ovatis repandis tomentosis, pedunc. axillaribus cymosis. Forst. prod. n.° 105. Hab. in Marchionis et Societatis insulis.

60. *bonariense*, caule subinermi fruticoso, fol. ovato-oblongis sinuato-repandis scabris. L. Dill. elth. t. 274. f. 351. Hab. in agro Bonariensi. Aculei aliquot in tenello caule. Flor. albi, magni, nutantes. Planta coronaria. ♄

61. *macrocarpon*, caule inermi suffruticoso, fol. cuneatis repandis glabris. L. excl. Feuilli synonymo. Habit. in Peru. Caul. rigens. Bacc. pomiformes, flavae.

62. *angulatum*, caule bienni, fol. cordatis sinuato-angulatis, racem. lateralib. brevissim. pauciflor. recurvis. Flor. Peruv. 2. p. 36. ic. 170. f. a. S. amplissimo anguloso hirsutoque folio, fructu aureo maximo. Few. obs. 3. p. 61. t. 46. Hab. in Peruv. hortis. S. *quitoense*. Lam. enc. 4. p. 285. Ulnaris, hirsutissima. Corolla albo-violacea. Bacca globosa, parvi citri aurantii magnitudine et colore.

* * *Foliis laciniatis et pinnatis.*

63. *lyratum*, caule inermi herbaceo erecto, fol. lyrato-hastat. tomentosis. Th. jap. p. 92. Hab. juxta Nagasaki in Japonia. Totum tomentosum. Fol. inferiora lyrato-pinnatifida, superiora hastata.

64. *Tegore*, caule inermi fruticoso hirsutissimo, fol. petiol. inferiorib. pinnatifido-sinuatis, superiorib. cordatis, racemis simplicib. axillarib. Willd. Aubl. guj. 1. p. 212. t. 84. Hab. ad ripas fluvii Sinemari Gujan. ♄

65. *aviculare*, caule fruticoso inermi glaberrimo, fol. pinnatifidis, lacin. lanceolatis acutis, panic. axillaribus binis ternisve. Ait. Kew. 1. p. 247. Curt. mag. t. 349. (S. laciniatum. Willd. p. 1030.) S. *aviculare*. Forst. prod. n.° 107. Lam. enc. 4. p. 292. Hab. in N. Zeelandia. Fl. Geranii pratensis, laciniis corol. emarginatis. Anth. separatae. Willd. ♄

66. *quercifolium*, caule inermi subherbaceo angulato flexuoso scabro, fol. pinnatifidis, racem. cymosis. L. Sp. pl. 264. Fl. Per. 2. p. 36. Few. Peruv. 772. t. 15. In Peruv. versuris. Cor. violaceae: maculis duabus viridibus ad basin singuli lobi. Similis S. sequenti, differt: fol. scabris, floribusq. paniculato-corymbosis majoribus. Willd.

67. *radicans*, caule inermi herbaceo laevi teretiusculo prostrato radicante, fol. pinnatifidis, racemis cymosis oppositifol. Lin. Dec. 1. t. 10. Hab. in Peru. In Flor. Peruv. non occurrit. ♃

68. *reclinatum*, caule inermi sulcato ramoso, fol. pinnatifidis: pinnulis longis sublinearib. decurrentibus, pedunc. racemosis axillarib. Colitur in hortis. Vid. le Botaniste-Cultivateur, 2. p. 134. Tot. glabr. Flor. magni, caerulei.

69. *runcinatum*, caule herbaceo procumbente anguloso, fol. laciniato-pinnatifidis, corymb. terminalibus, dichotomis. Flor. Per. 2. p. 36. Hab. in Peruviae et Chilensis regni ruderatis et versuris. Pl. succosa, fragilis, tripedalis. Fol. subruncinata. Cor. violacea, revoluta. Bacca parva, lutea.

70. *pinnatifidum*, caule herbaceo alato fol. decurrentib. pinnatifidis, flor. paniculat. Fl. Per. 2. p. 37. t. 170. f. b. S. caule herbaceo erecto laevi, fol. ampl. profunde pinnatifidis glaberrimis, flore plano. Lam ill. n.° 2333. t. 115. f. 4. enc. 4. p. 287. Hab in Peruv. arenosis. Planta succosa. Caul. fragilis. Corolla dilute caerulea. Bacca lutea.

71. *multifidum*, caule herbaceo nudo, fol. multifid. in petiolum decurrentibus, pedunc. dichotomo-paniculatis. Fl. Per. 2. p. 37. t. 171. f. a. Lam. enc. 4. p. 287. Hab. in Peruv. collibus ad Pungo prov. Camanae vicum. S. pinnatifido affine, sed caul. teres non alatus. Fol. semi-amplexicaulia. Corolla obscure caerulea.

72. *pinnatum*, caule inermi herbaceo sulcato, fol. pinnatis, flor. corymbosis. Cav. ic. 5. p. 23. t. 439. f. 1. Hab. prope Coquimbo in Chile. Caulis est fere alatus ex decursu foliorum. Corolla saturate lutea. Bacca globosa, nigra. Fol potius pinnatifida sunt. ⊙

73. *pomiferum*, caule herbaceo villoso, fol. interrupte pinnatis, fructu oblongo inverse conico. Cav. Descr. p. 112. Flores racemosi. Baccae obconicae.

74. *peruvianum*, caule inermi herbaceo, fol. pinnatis incisis tomentosis (incanis), racem. bipartit. foliosis, baccis subpilosis. Lin. Jacq. ic. rar. 2. t. 327. Collect. 2. p. 284. Fl. Per. 2. p. 37. Hab. in Peruv. aridis locis, versur. et ruderat. Fl. longe pedicellati. Corolla lutea; laciniis acutis reflexis. ♃

75. *Lycopersicum*, caule inermi herbaceo, fol. pinnat. incisis, racem. bipart. aphyllis, fructib. glabris torulosis. Murr. syst. veg. 224. S. pomiferum fructu rotundo striato molli. Bauh. pin. 167. Pomum amoris. Rumph. amb. 5. p. 417. t. 154. f. 1. Flor. Per. 2. p. 37. Habit. in Amer. calidiore. ⊙

Obs. Secundum auctores Fl. Peruv. l. c. in ruderatis maritimis regni peruviani abundat S. Lycopersici varietas illa, quam C. Bauhinus Solanum racemosum cerasorum forma nuncupat. Pin. p. 167, quae hirsuta procumbens est, an distincta?

76. *Pseudo-Lycopersicum*, caul. inermi herbaceo, fol. pinnat. incisis, racem. simplicibus, fructibus subvillos. laevibus. Jacq. hort. 1. t. 11. Hab. . . Var. prioris? cui simillimum. ⊙

77. *tuberosum*, caule inermi herbaceo, fol. interrupte subcorymbosis pinnatis integerrimis, pedunc. S. tuberosum esculentum. Bauh. prod. 89. t. 89. Flor. Peruv. 2. p. 38. Hab. sponte in collib. et praediis in Peru. Innotuit 1590. C. Bauhino. ♃

78. *pimpinellifolium*, caule inermi herbaceo, fol. pinnat. integerrimis, racemis simplicibus. L. Amoen. acad. 4. p. 268. Hab. in Peru. ♄

79. *montanum*, rad. tuberosa, caule inermi herbaceo, fol. subcordatis repand. L. fol. ovat. integr. laciniatisque. Fl. Per. 2. p. 32. t. 160. f. a. Hab. in Peru, in collib. arenosis et saxosis.

80. *mite*, caule herbaceo radicante, fol. impari-pinnatis, foliol. oblongis, racemis axillarib. aggregatis, baccis globosis. Flor. Per. 2. p. 38. t. 173. f. a. Hab. in Chincao vicos in locis humidis et umbrosis in Peruvia. Caul. nitidus, flexuosus. Fol. mitissima. Flor. minimi, albi.

81. *diffusum*, caule suffruticoso, ramis virgat. diffusis, fol. impari-pinnat.: foliol. oblongis, pedunc. axillarib. 2-5-flor. Flor. Per. 2. p. 37. t. 171. f. b. Hab. in Peruviae nemorib. ad Huanuci provinciam. Jasmini facie. Cor. violacea, patens.

82. *pendulum*, caule fruticoso, foliis pinnatis: foliol. 2-6-nis oblique cordatis, racem. dependentib. furcat. Fl. Per. 2. p. 39. t. 174. f. a. Hab. in *Panathauarum* provinciae nemoribus. Cor. elongata profunde 5-fida: lacin. acutis, subpubescens, purpurea.

83. *conicum*, caule herbaceo, fol. impari-pinnatis: foliol. oblongo-lanceolatis, pedunc. axillarib. subtern. spicatis, fructu conico. Flor. Per. 2. p. 38. t. 172. f. b. Hab. in Peruv. nemorib. ad Chincao et Cuchero tractus. Cor. albo-caerulea. Bacc. conica, alba.

84. *ternatum*, caule suffruticoso tetragono scandenti radicanti, fol. ternatis, pedunc. axillarib. Flor. Per. 2. p. 38. t. 172. f. a. Hab. in Peruviae nemor. humidis. Planta glabra. Fol. longe petiolata. Bacca ovato-conica albicans.

† † *Aculeata* (*Folia in plurimis sinuato-lobata.*)

85. *insanum*, caule aculeato herbaceo, fol. ovat. tomentosis, pedunc. pendul. incrassatis, cal. aculeatis. Pluck. alm. 550. t. 226. f. 3. Moris. s. 13. t. 2. f. 2. Trongum hortense. Rumph. amb. 5. p. 238. t. 85. In Indiis. Affinis S. Melongenae, Differt caule, et fol. aculeatis. ⊙

* *zeylanicum*, caule aculeato fruticoso, fol. ovat. sinuat. subtomentosis, calycibus aculeatis, fructu oviformi. Scop. delic. insubr. 1. t. 1. Lam. enc. p. 295. Habit. in Zeylona.

86. *torvum*, caule aculeato fruticoso, aculeis curvis, fol. subcordatis ovatis sinuat. tomentosis, rachibus aculeatis, cal. inermibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 456. S. indicum. L. Sp. pl. 1. p. 187. Pluck. alm. 350. t. 225. f. 6? Hab. in sepibus Jamaicae et insularum Bermudensium. Var. fol. inermibus: petiol. solis hinc inde aculeatis. S. ♄

87. *volubile*, caule aculeato fruticoso scandente, fol. angulatis, petiol. rachibus calycibusque aculeatis. Swartz. l. c. p. 458. S. sarmentosum. Lam. enc. 4. p. 306. S. lanceaefolium. Jacq. ic.? Habit. in sylvis Hispaniolae. ♄

88. *ferox*, caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulat. tomentos. aculeatis, bacc. hirtis cal. obtectis. Hab. in Malabaria. Statura S. Melongenae. Cal. aculeati, obtegentes totas baccas hirtas.

89. *campechiense*, caul. fruticoso aculeato hirto, fol. cordato-oblong. quinquelobis dentatis; cal. aculeatissimis. Willd. p. 1039. Dill. elth. 361. t. 268. f. 367. Lam. enc. 4. p. 297. Hab. in America. Fol. setis stellatis divergentibus. An a sequente diversum? ♄

90. *fuscatum*, caule herbaceo aculeato, fol. cordato-ovatis sinuato-lobatis obtusis lob. subangulatis, aculeis superiorib. coloratis. Willd. Jacq. ic. rar. 1. t. 42. Collect. 1. p. 51. Lam. l. c. t. 296. Habit. in Amer. Rami varie spinosi, latere solari fuscescentes. ⊙

β. *illinoensis*, caule simpl., fol. lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, umbel. subnutantibus tomentosis. A. *syriaca*. β. Michaux. Flor. 1. p. 115. In pratis Illinoensibus.

11. *obtusifolia*, foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbel. terminali longius pedunculata glabra, corniculis exsertis. Michaux. l. c. Hab. a Virginia ad Carolinam.

12. *hybrida*, caul. simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalib. puberulis, umbel. aphyllis terminalib. Michaux. A. variegata. Walt. Hab. in Carolina. Cor. purpurascens : limbo albente.

13. *amplexicaulis*, tota glauca, caul. decumbentibus simplicibus, fol. cordatis amplexicaulibus, corniculis delitescentib. compresso-ligulatis. Michaux. p. 116. Hab. in pascuis aridis sabulosis in Georgia. Fol. purpureo-venosa. Umb. e summis axillis et terminales.

14. *humistrata*, fol. sessilibus cordatis

oppositis, caul. prostrato, umbel. axillaribus. Walt. Flor. carol. p. 105. Hab. in Carolina.

15. *amoena*, fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici bifariam puberulo, umbellis nectariisque erectis. L. Michaux. Flor. p. 118. In America septentrionali. Habitus prioris. Petal. purpurea, append. longis roseis. M.

16. *purpurascens*, foliis ovatis subtus villosis, caule simplici, umbellis erectis, nectariis resupinatis. Dill. elth. 32. t. 28. f. 31. Hab. in Carolina. Affinis A. syriacae, uti sequens. ♃

17. *variegata*, fol. ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbellis subsessilibus: pedicellis tomentosis. L. Pluck. alm. 34. t. 77. f. 1. Hab. in Amer. boreali. ♃

18. *curassavica*, fol. lanceolatis petiolatis glabris nitidis, caule simplici, umb. erectis solitariis lateralibus. Mill. Swartz. obs. 106. Sloan. hist. 2. t. 129. Dill. elth 34. t. 30. f. 33. Hab. in Curassao. Flor. aurantii, pulchri. Folliculi ad latera denticulati. ♄

19. *nivea*, fol. ovato-lanceolatis glabriusculis, caule simplici, umb. erectis lateralibus solitariis. L. Dill. elth. 33. t. 29. f. 32. Plum. sp. 2. ic. 30. Hab. in Virginia et America calidiore. Cor. viridis nectar. nivea. Folliculi edentuli. ♃

20. *laniflora*, fol. planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, cor. hirsutis. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

21. *parviflora*, fol. lanceolatis acuminatis glabris oppositis basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis. Ait. Kew. 1. p. 307. Hab. in Carolina, Florida. ♃

22. *incarnata*, caule erecto superne ramoso tomentoso, fol. lanceolatis utrinque subtomentose lanuginosis, umbel. pluribus, origine geminis, cornic. exsertis. Michaux. p. 115. Jacq. hort. t. 107. Hab. in Canada, Virginia, in pratis humidis Illinoensibus.

Obs. Culta, dicit Michaux. l. c., omnibus partibus minor, multo magis pubescit, et Willdenow. l. c. p. 1267. fol. determinat *glabra*.

β. *pulchra*, fol. lanceolatis subtus pubescentibus, caul. superne diviso, umbellis erectis geminis. Willd. p. 1267. Hab. in America boreali. ♃

23. *debilis*, glaberrima, caule debili erecto simplici, fol. petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis membranaceis, pedicel. capillaribus. Michaux. p. 116. Hab. in Carol. aquosis umbrosis. Flor. albi.

24. *citrifolia*, fol. ovatis undulatis subtus discoloribus pubescentibus, umb. terminali, caul. erecto simplici. Willd. Jacq. ic. 2. t. 343. Collect. 2. p. 290. Hab. in Amer. ♃

25. *decumbens*, fol. villosis, caule decumbente. L. Gron. virg. p. 27. Hab. in Virginia. ♃

26. *lactifera*, fol. ovatis, caule erecto, umb. proliferis brevissimis. L. Hab. in Zeylona. Succ. instar lactis inservit. Burm. ♃

27. *volubilis*, arborea volubilis, fol. oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis umbellis erectis. Linn. suppl. 170. Hab. in Zeylona. ♄

28. *alexicaca*, caule volubili, fol. inferioribus cordatis, superioribus ovatis, umbellis sessilibus. Jacq. Collect. 2. p. 101. Rheed. 9. t. 13. Hab. in Zeylona. ♃

29. *viminalis*, caule suffrutescente volubili filiformi, fol. oppositis lanceolatis glabris, umb. lateralibus multifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 539. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 1. Hab. in Jamaicae australis fruticetis sabulosis juxta rivos. ♃

30. *laurifolia*, caule erecto, fol. subsessilibus ovali-lanceolatis sensim angustatis acutissimis glabris margine asperiusculis. Michaux. p. 117. Hab. in Georg. ad amnem Althamaha. Cor subtus viridescens, supra cum appendiculis purpurea. Affinis A. *amoenae*. L. et var. sequentis? M.

31. *paupercula*, caul. erectiusculo glabro oligophyllo, sursum nudo, fol. linearib. longissimis, umb. terminalib. paucifloris. Michaux. p. 118. A. lanceolata Walt.? In Carol. infer. herbidis humidis. Cor. rubella, append. lutea.

32. *graminea*, fol. linearib. gramineis oppositis, caul. ramoso, umbel. terminalib., cornicul. erectis mucronatis. Lam. enc. 1. p. 283. In India. Caul tenuis, subangularis.

*** *Foliis lateralibus revolutis.*

33. *arborescens*, fol. revolutis ovatis, caule fruticoso subvilloso. Burm. afr. 31. t. 13. Hab. in Cap. b. spei montibus. Cor. albae. ♄

34. *fruticosa*, fol. revolutis lineari-lanceolatis, caule fruticoso. Lin. Herm. Mill. dict. t. 45. Pluck. alm. 36 t 138. f. 2. β. crassifolia. L. Syst. Veg. p. 214. Hab. ad Cap b. spei. Nect. compressa absque

ungue, cujus loco auriculae duae, longiores, reflexae. L. ♄

35. *sibirica*, fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternatisque, caule decumbente. Gmel. sib. 4. p. 77. n. 21. Murr. comment. goetting. 1779. p. 23. t. 7. Hab. in Sibiria. Var. fol. alternis, binis et ternis. ♃

36. *davurica*, fol. linearibus subulatis piloso-ciliatis oppositis, umb. pedunculatis axillaribus, calycib. pilosis. Willd. p. 1272. Hab. in Davuria. Distincta fol. brevioribus, flor. umbellatis fere magnitudine A. syriacae. W. ♃

37. *setosa*, fol. linearibus revolutis oppositis, caule fruticoso. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 8. A. setosa. Forsk. Hab. in Arabia felici. ♄

38. *filiformis*, caule erecto, fol. filiformibus, umb. lateralibus elongato-pedunculatis. Lin. suppl. p. 169. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

Obs. Ascl. filiformis, Apoc. filiforme, et Cyn. filiforme ut simillima inter se diversa floribus.

39. *verticillata*, fol. revolutis linearibus verticillatis, caule erecto. L. Pluck. mant. 17. t. 336. f. 4. Hab. in Virginia. Pedunc. oppositifolii. Flor. albi.

40. *mexicana*, fol. revolutis lineari-lanceolatis senis, caule erecto. Willd. p. 1273. A. fol. verticillatis senis lanceolatis. Cav. ic. 1. p. 42. t. 58. Hab. in Mexico. ♂

**** *Foliis alternis.*

41. *longifolia*, caule decumbente foliisque sparsis praelongo-linearibus puberulis. Michaux. p. 116. Var. fol. subverticillatim approximatis. In Georg. occidentalis sylv. Append. corollae genetalib. brevior et corniculo orbata. M.

42. *Linaria*, fol. sparsis subulatis canaliculatis, umb. lateralibus multifloris. Cav. ic. 1. p. 42. t. 57. Hab. . . . ♃

43. *rubra*, fol. alternis ovatis, umb. ex eodem pedunculo communi pluribus. L. Sp. pl. Gron. virg. 27. Hab. in Virginia.

44. *tuberosa*, foliis alternis lanceolatis hirtis, caule divaricato piloso. L. Michaux. Flor. 1. p. 117. (qui fol. dicit sparsa.) Herm. lugdb. 646. t. 647. Dill. elth. 35. t. 30. f. 34. Hab. in Amer. boreali. ♃

45. *floridana*, fol. alternis lanceolato-linearibus, subtus pubescentib. umbel. terminalibus, caule simplice piloso. Lam. enc. 1. p. 284. Pluck. Amalth. 18. t. 359. f. 4? Hab. in Florida. ♃

627. CEROPEGIA. Contorta. *Folliculi* 2 erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* urceolatae limbus connivens.

1. *Candelabrum*, fol. ovatis mucronatis, umbelli pendulis, floribus erectis. Willd. Sp. 2. p. 1275. Rheed. 9. t. 16. Hab. in Malabaria. ♃

2. *tuberosa*, fol. ovatis acutis, umbel. erectis, radice repente tuberosa. Willd. Roxb. corom. 1. p. 12. t. 9. Hab. in Indiae locis incultis. ♃

3. *bulbosa*, fol. obovato-ellipticis cuspidatis, umbellis erectis, radice bulbosa. Willd. l. c. Roxb. 1. p. 11. t. 7. Hab. in siccis nemorosis Indiae. ♃

4. *biflora*, fol. ovatis, pedunc. bifloris. Willd. Lin. Fl. zeyl. 110. Hab. in Zeylona. Flor. recte extensi. ♃

5. *juncea*, fol. lanceolatis sessilibus, pedunc. subbifloris, caule carnoso. Willd. Roxb. 1. p. 12. t. 10. In Indiae siccis incultis. Flor. maximi albo-virescentes striis purpureis pulchre variegati. W. ♃

6. *acuminata*, fol. lanceolatis longe acuminatis, umb. multifloris rectis, radice bulbosa. Willd. p. 1276. Roxb. 1. p. 12. t. 8. Hab. in Indiae nemorosis siccis. ♃

7. *sagittata*, umb. subsessilibus, fol. sagittatis. L. Mant. 215. Lam. ill. t. 179. f. 1. Hab. in Cap. b. spei arenosis. Cor. coccinea subcylindrica basi minus ventricosa. ♃

8. *tenuifolia*, flor. umbellatis, fol. linearibus integerrimis. Thunb. prod. 37. Lam. l. c. f. 2. Pluck. mant. 17. t. 335. f. 5. Hab. in Cap. b. spei duris. Apud Willd. Sp. 2. p. 1276. male *tenuiflora* nuncupata.

628. STAPELIA. Contorta. *Cor.* rotata. *Nect.* duplici stellula tegente genitalia. Folliculi 2. *Sem.* plumosa.

* *Cor. quinquefida, laciniis margine pilosis.*

1. *ciliata*, denticulis ramorum patentibus pedunculatis, corollis supra papillosis margine ciliatis, laciniis ovatis acutis planis. Masson. Stap. p. 9. n°. 1. t. 1. Hab. in locis siccissimis Cap. b. spei (ubi omnes species crescunt) infra Bockland Berg. Cor. flavescens. Willd. Sp. pl. 2. p. 1277. sqq. ♄

2. *revoluta*, ramis tetragonis erectis denticulatis, dentibus patentibus, cor. glabra, laciniis ciliatis acutis revolutis. Mass. p. 12. n°. 10. t. 10. Cum priore. Denticuli caulis recti. Cor. paulo minor pallide violacea. ♄

3. *hirsuta*, caule aphyllo tetragono, denticulis erectis, flore pedunculato, cor. hirsuta. Thunb. prod. 46. Jacq. misc. 1. p. 28. t. 3. Hab. ad Cap. b spei. Cor. flavescens striis transversalibus atro-violaceis, laciniis apice et margine violaceis. W. ♄

4. *sororia*, ramulis divaricatis quadrangularibus, angulis dentatis, dentibus remotis acutis incurvatis, cor. unicolori quinquefida, laciniis lanceolatis planis, villoso, margine ciliatis. Mass. p. 23. n°. 39. t. 39. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. nutantes, cor. unicolores. ♄

5. *grandiflora*, ramis quadrangularibus clavatis, angulis dentatis, dentibus remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis acutis margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 11. t. 11. Hab. in locis calidis ad Sontags Rivier. ♄

6. *ambigua*, ramis erectis quadrangularibus clavatis, angulis dentatis remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis hispidis, margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 12. t. 12. Hab. in desertis aridis Cap. b. spei. Distincta pedunculis multiflor. Cor. hispida rufo-purpurea, striis transversalibus atro-violaceis variegata. ♄

7. *pulvinata*, ramis ramulisque tetragonis reclinatis dentatis, cor. quinquefida plana, medio villosa, laciniis patentissimis rugosis acuminatis ciliatis. Mass. p. 13. n°. 13. t. 13. Hab. prope Camies Berg inter frutices. Cor. magna fundo elevato rufo valde villoso. Nect. atro-violacea.

8. *Asterias*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus brevibus erectis, cor. magna quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis ciliatis. Mass. p. 14. n°. 14. t. 14. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Nectaria albida ♄

9. *gemmiflora*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus suberectis acutis, cor. plana scabra quinquefida, laciniis ovato-lanceolatis, margine ciliatis. Mass. p. 14. n°. 15. t. 15. Hab. in locis aridis inter frutices, ultra Platte-Kloof. Var. cor. punctis aureis sparsis. Ab omnibus satis distincta: laciniis cor. superne 5-nerviis, et cor. externe flava purpureo-maculata. ♄

10. *divaricata*, ramis pluribus tetragonis divaricatis glabris dentatis, dentibus parvis suberectis, cor. glaberrima quinquefida, laciniis lanceolatis patentibus, margine revolutis ciliatis. Mass. p. 17. n°. 22. t. 22. Cor. Boraginis rubrocarnea. Nectaria aurantiaca. ♄

11. *rufa*, ramis ramulisque erectis tetragonis anguste dentatis, dentibus erectis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus acutis rugosis; margine ciliaribus. Mass. p. 16. n°. 20. t. 20. In locis calidis ultra Platte-Kloof. Cor. magnitudine floris Periplocae graecae. ♄

12. *acuminata*, ramis pluribus, suberectis tetragonis dentatis, cor. quinquefida plana glabra rugosa, laciniis caudato-acuminatis margine ciliatis. Mass. 17. t. 17. Hab. in Namaqualand. Cor. laciniis cuspidatis cineriis, striis atro-purpureis undulatis apice atro-purpureis, margine albo-ciliato. W. ♄

13. *reclinata*, ramis pluribus tetragonis reclinatis dentatis, dentibus acutis patentibus, cor. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 28. t. 28. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. parva, atro-purpurea. Nect. flava. ♄

14. *elegans*, ramis pluribus confertis oblongis dentatis, dentibus patentibus acutis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus hispidis, margine fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 27. t. 27. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Cor. atro-violacea, fundo pentagono rufescente. Nect. flava. W. ♄

15. *caespitosa*, ramis confertis procumb. tetragonis dentatis, dentibus acutis patentibus, cor. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis ciliatis. Mass. p. 20. n°. 29. t. 29. Cum priore sub fruticibus. Cor. atro-purpurea, fundo circulari virescente. ♄

16. *arida*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, flor. solitariis pedunculatis, cor. laciniis planis setaceis. Mass. p. 21. n°. 33. t. 33. Habit. in desertis siccis Kannaland. Cor. parva pallide flava, laciniis basi punctatis, fundo circulari flavo. Nect. albida. ♄

17. *parviflora*, ramis tetragonis dentatis recurvatis, cor. parva, laciniis angustis planis patentibus margine ciliatis. Mass. p. 22. n°. 35. t. 35. In Namaqualand sub fruticibus. Cor. minima hujus generis, flavovirescens, fusco-punctata. Nect. aurantiaca. ♄

18. *subulata*, cor. quinquefidis nutantibus, laciniis oblongis acuminato-cuspidatis pilosis, pilis secundis, ramis tetragonis atte-

nuatis nutantibus sub apice floriferis. Willd. p. 1283. Forsk. Cat. pl. Arab. p. 108. n°. 193. tab. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

19. *concinna*, ramis ramulisque erectis tetragonis glaberrimis, angulis dentatis, dentibus erectis, cor. quinquefida plana hispida. Mass. p. 15. n°. 18. t. 18. Hab. in Karro. Cor. cinerea, striis undulatis fuscis setisque candidis, fundo fusco distincta. ♄

20. *glandulifera*, ramis pluribus suberectis tetragonis, angulis dentatis, dentibus erectis acutis, cor. plana glandulis setaceis clavatis tecta, laciniis ovato-lanceolatis acutis patentibus. Mass. p. 16. n°. 19. t. 19. Hab. circa Nord Olifants Rivier. Cor. sulphurea, pilis albis tecta. Nect. aurantiaca et nigra. ♄

** *Cor. quinquefidis, laciniis margine glabris.*

21. *pedunculata*, ramis pluribus divaricatis tetragonis subdentatis, pedunc. longissimis, cor. quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis, angulis fimbriatis. Mass. p. 17. n°. 21. t. 21. Hab. in regionibus aridis Camies Berg. Cor. brunneo-purpurascens, variat colore lutescente. ♄

22. *aperta*, ramis pluribus divaricatis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, pedunc. longiusculis, corolla quinquefida plana, laciniis ovatis obtusis rugosis. Mass. p. 23. n°. 37. t. 37. Habit. in Namaqualand prope Kock-Fontain. Similis praecedenti, pedunculo et ramis, sed flore distinctissima. Cor. purpurascens, lituris obscurioribus rugosa. Fundus cinerascens nigro-punctatus. ♄

23. *Gordoni*, ramis ramulisque teretibus tuberculatis, tuberculis spinosis, pedunc. solitariis, cor. magna decemfida. Mass. p. 24. n°. 40. t. 40. Habit. in Groot Namaqualand versus Orange Rivier. Cor. inter maximas hujus generis diametro fere triunciali, plana rotata fusco-flavescens, centro albicante. Nect. nigra. An hujus generis? ♄

24. *pilifera*, ramis pluribus teretibus sulcatis tuberculatis piliferis, flor. sessilibus solitariis. Mass. 17. n°. 23. t. 23. Lin. suppl. 171. Hab. in Cap. desertis, collibus aridissimis. Cor. atro-purpurea circulo rubro in medio. Comeditur ab Hottentottis, quibus audit Guaap. Mass. l. c. ♄

25. *caudata*, caule folioso, fol. lineari-oblongis, flore pedunculato, laciniis cor. linearibus. Thunb. prod. 46. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

26. *articulata*, articulis ramorum oblongis teretibus reticulatim obsolete verrucosis, spinulis minutis, flor. subsessilibus cor. supra papillosis, laciniis triangularibus. Ait. Kew. 1. p. 310. Mass. p. 20. n. 30. t. 30. Edulis cor. atra. Rami spicae femineae Zeae Mays haud absimiles sunt. Sequenti affinis. ♄

27. *mammillaris*, cor. quinquefidis glabris, laciniis lanceolatis, pedunc. cor. brevioribus, ramis medio floriferis erectis hexagonis tuberculatis, tuberculis spinosis. Willd. p. 1287. L. Mant. p. 216. Thunb. prod. 46. Burm. afr. 27. t. 11. †

28. *pruinosa*, ramis tetragonis dentatis, dentibus recurvatis, laciniis cor. planis ovatis pilosis. Mass. p. 24. n°. 41. t. 41. Hab. in regionibus siccis Namaqualand inter frutices. ♄

29. *ramosa*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, flor. aggregatis subsessilibus, cor. laciniis lanceolatis acutis replicatis. Mass. p. 21. n°. 32. t. 32. Hab. in regionibus Karro, circa aquas thermales. Cor. atro-purpurea, fundo circulari albido. Flor. proveniunt in callis extra dentes. ♄

30. *pulla*, subhexagona erecta, aculeis patentissimis, floribus sessilibus aggregatis, cor. laciniis lanceolatis, supra holosericeis replicatis. Ait. Kew. 1. p. 310. Mass. n°. 31. t. 31. S. fasciculata. Thunb.? Hab. in locis calidis arenosis Karro. Flor. extra dentes quidem nec callo insident. W. ♄

31. *adscendens*, cor. quinquefidis glabris, laciniis linearibus margine reflexis acutis, pedunc. cor. brevioribus, caule tetragono adscendente apice florifero. Willd. Roxb. corom. 1. p. 28. t. 30. Hab. in arenosis siccis Indiae orientalis. ♄

32. *quadrangula*, cor. quinquefidis, flor. sessilibus, caule tetragono, ramis divaricatis apice floriferis, dentibus truncatis. Willd. Forsk. descr. 52. t. 6. Hab. in Arabia felici, et circa Mogadore in Barbaria. Schoush. Flor. conferti parvi terminales viridi-flavescentes. Succus non lacteus sed aqueus. ♄

33. *incarnata*, ramis erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, flor. subsessilibus, cor. laciniis lanceolatis planis. Mass. p. 22. n°. 34. t. 34. Lin. suppl. 171. S. caule aphyllo tetragono, denticulis patentibus, flore sessili, laciniis corollae obtusis. Thunb. prod. 46. Hab. campis siccis arenosis. Cor. incarnata, variat colore albo. Mass. Herba editur Afris. ♄

34. *punctata*, articulis ramorum oblongis subtetragonis dentatis, florib. fasciculatis, cor. laciniis lanceolatis acutis patentibus,

supra papillosis. Mass. p. 18. n°. 24. t. 24. Hab. in Cap. b. spei regionibus Namaqualand. Cor. laciniae albido-incarnatae, sanguineo-punctatae. ♄

35. *geminata*, ramis oblongis subtetragonis dentatis, dentibus parvis, floribus geminatis, cor. laciniis lanceolatis acutis margine revolutis. Mass. p. 18. n°. 25. t. 25. Cor. aurantiaco-flava sanguineo-punctata. ♄

36. *decora*, articulis ramorum oblongis subteretibus, floribus geminatis, corollarum laciniis lanceolatis acutis, supra scabrosis, margine revolutis. Mass. p. 19. n°. 26. t. 26. Cor. laciniae flavae punctis scabris atropurpureis obsitae, fundus pentagonus pallidus. ♄

37. *pulchella*, ramis pluribus reclinatis dentatis, dentibus acutis, floribus fasciculatis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus acutis, centro orbiculato. Mass. p. 22. n°. 36. t. 36. Cor. flava sanguineo-punctata, laciniis apice fuscescentibus. ♄

38. *vetula*, ramis pluribus erectis tetragonis glabris, angulis dentatis, dentibus apice incurvatis, cor. plana glabra quinquefida, laciniis lanceolatis obtusis. Mass. p. 15. n°. 16. t. 16. Hab. in montibus ad Hex Rivier Cap. b. spei. Cor. profunde violacea, lineis transversalibus atro-violaceis, laciniis superne trinerviis. W. ♄

39. *verrucosa*, ramis pluribus suberectis, dentibus ramorum acutis decussatis, cor. plana verrucosa, medio parum elevati in pentagonum, genitalia ambiens, scabrum. Mass. p. 11. n°. 8. t. 8. Cor. flavescens sanguineo punctata. ♄

40. *irrorata*, ramis pluribus suberectis denticulatis, dentibus subpatentibus acutis decussatis, cor. plana rugosa, laciniis lanceolatis acutis. Mass. p. 12. n°. 9. t. 9. Cor. sulphurea sanguineo-maculata laciniarum apicibus purpurascentibus. Differt a priore defectu verrucarum et circuli pentagoni floris. ♄

41. *mixta*, cor. quinquefidis rugosis, laciniis ovatis acuminatis, fundo circulari elevato papilloso, pedunc. longitudine cor. ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis. Willd. p. 1292. ♄

42. *variegata*, cor. quinquefidis rugosis, laciniis ovatis acutis, fundo circulari concavo rugoso, pedunculis cor. longioribus, ramis tetragonis adscendentibus basi floriferis. Willd. Jacq. misc. 1. p. 27. t. 4. Curt. mag. 26. Moris. s. 15. t. 3. f. 4. ♄

*** *Corolla decemdentata.*

43. *campanulata*, ramis pluribus simplicibus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, cor. decemfida campanulata scabra, tubo barbato. Mass. p. 11. n°. 6. t. 6. Cor. sulphurea maculis elevatis atrorubris, fundo fuscescente, etiam externe maculata. W. ♄

44. *barbata*, ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis suberectis, dentibus ramorum acutis subpatentibus, cor. campanulata decemfida, laciniis acutis subpatentibus. Mass. p. 11. n°. 7. t. 7. Cor. campanulata, albido-flavescens, maculis elevatis atro-purpureis variegata, pilisque clavatis obsita. Willd. ♄

45. *venusta*, ramis tetragonis pentagonisque, ramulis patentissimis divaricatis, denticulis ramorum patentibus acutis, cor. decemfida, tubo glabro ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 10. n°. 3. t. 3. Cor. sulphurea, limbo rubro punctato. ♄

46. *guttata*, ramis pluribus tetragonis pentagonisque confertis subpatentibus, dentibus ramorum acutis patentibus, cor. decemfida laciniis acutis tubo campaniformi-ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 10. n°. 4. t. 4. Cor. sulphurea sanguineo-punctata. ♄

47. *humilis*, ramis pluribus quadri- s. quinqueangulatis patentibus, cor. orbiculata decemfida, laciniis quinque longiorib. quinque brevioribus patentibus, pedunc. solitariis. Mass. p. 10. n°. 5. t. 5. ♄

48. *reticulata*, ramis pentagonis denticulatis, dentibus patentibus, cor. decemangulata, tubo intus barbato ampliato in orbiculum elevatum. Mass. p. 9. n°. 2. t. 2. Hab. in cavernulis rupium versus N. Olifants Rivier. Cor. limbus atro-purpurascens lineis albidis reticulatus, fundus et orbiculus elevatus purpurei. W. ♄

49. *clavata*, caule simplici crasso clavato reticulatim obsolete verrucoso, apice fructifero. Willd. p. 1295. Patterson. itin. t. 8. † Hab. in Cap. b. spei campis arenosis. Adhuc obscura, cujus fructus tantum notus est. W. ♄

Obs. Differentias specificas illos Massoni ex autopsia redditas Willdenovianis praetuli, forte melius secundum regulas artis exaratis.

GENTIANEAE (Gen. 629-636.) calyce sunt instructo persistente et cor. regulari, 5-partita, marcescente. Stam. cor. inserta, et ejus numero conformia (4-5). Stylus, forte in omnibus, unicus aut demum bifidus. *Caps.* 1-2-locularis,

2-valvis: valvis margine introflexis, semina plurima parva in valvis marginali inserta. Caulis plerisque herbaceus. Folia opposita, integra, plerisque amara. Flor. in quibusdam bracteati.

629. SPIGELIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* didyma, 2-locularis, 4-valvis.

1. *Anthelmia*, caule herbaceo, foliis sessilibus summis 4 verticillatis. Lam. amoen. 5. t. 2. Willd. Sp. 2. p. 824. Hab. in Cajenna, Brasilia. Racemi terminales.

2. *fruticulosa*, caule fruticuloso, fol. ovatis petiolatis: summis quaternis. Lin. ill. p. 474. Hab. in Cayenna. Cal. 1-pedalis.

3. *marilandica*, perennis, caule tetragono, fol. omnibus oppositis. L. Curt. mag. t. 202. Michaux. Flor. 1. p. 147. Catesb. carol. 2. t. 78. Hab. in Amer. boreali. Fol. sessilia, ovato-lanceolata. ♃

630. OPHIORHIZA. *Cor.* infundibuliformis. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus* bilobus.

1. *Mungos*, fol. lanceolato-ovatis. Hab. in India orientali. ♃

2. *Mitreola*, caul. acutangulo, fol. ovatis sessilibus. Michaux. 1. p. 148. Swartz. obs. 59. t. 3. f. 2. (nec. 1.) Cynoctonum sessilifolum. Gmel. syst. Hab. in Americae agrestib. et pascuis. ⊙

3. *subumbellata*, caule fruticoso, fol. lanceolatis acutis, umbellis axillaribus trifidis. Forst. prod. n°. 66. Hab. in insula Otaheiti. ♄

631. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoso laciniis recurvatis. *Cal.* campanul., carinatus. *Stigma* capitatum bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-sulca, 2-valvis. *Sem.* numerosa subimbricata, margine minimo membranaceo cincta.

1. *longifolius*, ramosus. fol. lanceolatis acutis pubescentibus, caule tereti. Willd. Sp. 2. p. 826. Brown. jam. 137. t. 9. f. 1. Hab. in Jamaicae sylvis. ♄

2. *glaucifolius*, fol. oblongis sessilibus, pedunculis elongatis unifloris. Jacq. ic. rar. 1. t. 33. Collect. 1. p. 64. Hab. ... Fol. avenia subtus glauca, cor. coerulescens. ♃

3. *exaltatus*, cor. subcampanulatis 5-fidis crenatis, pedunc. longissimo terminali. Lam. ill. p. 478. Gentiana exaltata. Lin. Hab. in St. Domingo. Priori affinis.

4. *caerulescens*, fol. lanceolatis acutis glabris, caule tetragono. W. Aubl. guj. 1. p. 207. t. 82. Hab. in pratis humidis Gujanae. ⊙

5. *alatus*, fol. oblongis acuminatis glabris, caule tetragono aalto. W. Aubl. p. 204. t. 80. Hab. in Cajennae et Gujanae locis incultis. ⊙

6. *Chelonoides*, glaber, fol. oppositis subconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemosa. Lin. suppl. 134. Hab. in Surinami et Cajannae altis arenosis.

7. *purpurascens*, fol. sessilibus glabris, flor. paniculatis, caule tetragono. Willd. Aubl. guj. 1. p. 201. t. 79. Lam. ill. t. 107. f. 2. Hab. in fissuris rupium Gujanae. Cor. cernuae, incurvae. ⊙

8. *grandiflorus*, fol. ovatis acuminatis sessilibus, floribus paniculatis, cor. limbo undulato. Willd. L. fol. connatis ovato-oblongis acutis, flor. virescentibus. Aubl. guj. 1. p. 205. t. 81. Hab. in humidis Gujanae, Cajennae. ⊙

9. *exsertus*, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. trichotomis, genitalibus longissimis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 346. Hab. in jugis montium caeruleorum Jamaicae. ♄

10. *frigidus*, fol. ovatis acuminatis, panicula terminali trichotoma, cor. ventricosis, laciniis subrotundis Swartz. l. c. Hab. in regione muscosa monte la Soufriéré ins. Dominicae. Diversus a L. alato, quod flores erecti nec penduli et folia petiolata nec sessilia. S. ♃

11. *latifolius*, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, pedunc. trichotomis, laciniis cor. erectis, genitalibus inclusis. Swartz. Fl. ind. p. 348. Hab. in montibus altis Jamaicae. Simillimus L. exserto, diversissimus genitalibus inclusis. S. ♄

12. *umbellatus*, fol. elongatis obovatis, flor. terminalibus umbellatis, laciniis cor. brevissimis obtusis erectis. Swartz. p. 550. Hab. in alpibus Jamaicae occidentalis. ♄

13. *corymbosus*, fol. ovato-lanceolatis subpetiolatis, caule tereti striato, corymbis terminalibus. Flor. Per. 2. p. 14. t. 124. L. *glaber*. Smith. ic. ined. 1. p. 29. t. 29. Willd. p. 828. Hab. in Peruviae nemorib. Cor. lutea. Petioli breves, connati.

14. *calygonus*, foliis lanceolato-ovatis breviter petiolatis, caule obsolete 4-gono, pedunc. 1-floris, cal. 5-gono. Flor. Per. l. c. t. 126. In Peruviae montib. frigidis. Cor. subringens, rosea rubra. ♄

15. *viscosus*, fol. oblongis breviter petiolatis venosissimis, caule 4-gono sulcato,

corymb. terminalib. viscosis. Flor. Peruv. l. c. t. 125. Hab. in altis locis Munna. Cor. luteo-viridis : laciniae subrotundo-cordatae.

16. *revolutus*, fol. lanceolatis petiolatis, margine revolutis, caule 4-gono striato, corymb. terminalibus. Flor. Peruv. t. 127. In Munna montib. frigidis. ♄

17. *cordifolius*, dichotomus, fol. cordatis, acuminatis, petiolis brevibus, flor. terminalibus quandoque geminis. Brown. jam. 137. Lin. Mant. p. 43. In Jamaica. ♄

18. *acutangulus*, fol. sessilibus, inferiorib. cordatis, superiorib. ovatis, caule 4-gono, panic. dichotoma. Flor. Per. 2. p. 14. t. 122. f. a. Hab. in Panatahuarum montib., locis meridionalib. Cor. lutea subringens, tub. incurvato. ⊙

19. *ovalis*, fol. ovalibus aveniis breviter petiolatis, caule tereti, pedunc. corymbosis dichotomis. Flor. Per. 2. p. 13. Hab. in Peruv. nemorib. Cor. viridi-lutea. Caps. pendulae. Caul. virgati. ♄

20. *carinatus*, fol. subrotundo-ovatis trinerviis sessilibus, foliolis calycinis carina sursum ampliata alatis, Lam. enc. 3. p. 658. t. 107. f. 3. Hab. in Madagascar. ♄

21. *trinervius*, pubescens, fol. ovatis mucronatis trinerviis, flor. laxe paniculatis terminalibus. Enc. 3. p. 630. ill. p. 476. Hab. in Madagascar. ♄

22. *campanulaceus*, fol. ovatis acutis petiolatis, flor. terminalib. subinaequalibus. Lam. ill. p. 476. Enc. bot. 3. p. 660. Hab. in Amer. meridionali. Cor. magna. Stam. incurva : 2 breviora ? ⊙

23. *parvifolius*, caule subfiliformi, fol. linearibus, corymb. terminali paucifloro. Lam. ill. l. c. Cum priore. Caul. simpl. Fol. minuta, erecta. Flor. parvi, infundib.

632. CHIRONIA. *Cal.* 5-partitus, subcampanulatus. *Cor.* subrotata. *Pistillum* declinatum. *Stam.* tubo corollæ insidentia. *Antheræ* demum spirales. Pericarpium 4-loculare.

1. *trinervia*, herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis. L. Willd. Sp. 2. p. 1065. Burm. zeyl. 145. t. 67. Hab. in Zeylona. ⊙

2. *Jasminoides*, herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono, calycib. subulatis. Lam. ill. p. 479. t. 108. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *Lychnoides*, caule simplici, foliis lineari-lanceolatis, internodiis longioribus. Hab. ad radices montium Cap. b. spei. Cal. foliola carinata. Cor. purpurea.

4. *uniflora*, caule simplici virgato angu-loso, fol. lineari-lanceolatis internodiis subbrevioribus, flor. magno terminali. Lam. enc. 2. p. Ej. ill. p. 480. t. 108. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei.

5. *Melampyrifolia*, fol. lanceolatis sessilibus lateralibus decurrentibus, cal. tubo breviore. Lam. ill. p. 479. Cum priore.

6. *nudicaulis*, herbacea, fol. oblongis obtusiusculis, caul. subdiphyllis simplicissimis unifloris, cal. dentibus setaceis. Lin. suppl. p. 151.

7. *campanulata*, herbacea, fol. sublinearibus, calycib. longitudine corollae. L. Hab. in Canada. Caul. ramis longis Fol. lanceolato-linearia, laevia. Flor. solitarii, purpurei. L.

β. *gracilis*, ramis laxis setaceo-elongatis 1-floris, fol. lineari-setaceis, cal. setaceo cor. subaequali. Michaux. Flor. 1. p. 146. In Carol. inferiore. Caul. debilis. Cor. rosea : lacin. obovalibus.

8. *paniculata*, erecta firma, fol. lanceolato-linearibus, panic. brachiata multiflora subfastigiata, cal. subulato cor. semibreviore. Michaux. l. c. Cum priore. Caul. lineis 4 subquadrangulus.

9. *angularis*, caule erecto marginato-4-angulo, fol. amplexicaulib., corymb. multifloro, cal. lacin. lanceolato-linearib. Michaux. Lin. Sp. pl. Hab. in Virginia et Carol. inferioris uliginosis subulosis.

10. *linoides*, fol. linearibus glabris, caule herbaceo fastigiato ramoso. Thunb. Breyn. cent. 175. t. 90. Hab. in Capitis b. Spei herbidis. ♄

11. *baccifera*, fol. lineari-lanceolatis glabris, caule fruticoso ramosissimo, fructu baccato. Thunb. prod. 35. Hab. in Aethiopia et ad Cap. b. spei. Caulis 4-gonus.

Obs. Stigm. peltatum. Bacca 1-locularis, polysperma : *Roeslinia* tetragona. Moench. Method. plant. Suppl. p. 211.

12. *frutescens*, fruticosa, fol. lanceolatis subtomentosis, calycib. campanulatis. L. Mill. dict. t. 97. Lam. ill. t. 108. f. 1.

13. *decussata*, fruticosa subtomentosa, fol. decussatis oblongis lato-linearibus, cal. globosis quinquepartitis. Vent. hort. Cels. p. 31. t. 31. Hab. ad Cap. bon. Sp. Flor. magni. Caul. et cal. magis tomentosus. Sap. amarus. Prioris var. ? ♄

† *Chloroideae.*

14. *calycosa*, fol. oblongo-obovalibus, flor. solitariis subseptempartitis, cal. foliaceo corollam superante. Michaux. l. c. p. 147. C. dichotoma Walter? In Carol. infer. erecta. Cor. laciniae obovales.

15. *chloroides*, caul. subdecumbente, fol. lanceolatis erectis, flor. 7–13-partitis, laciniis oblongis. Michaux. Chlora dodecandra. Lin. Willd. Sp. v. 3. p. 341. Hab. in Noveboraco et N. Caesarea.

633. ERYTHRAEA. *Cal.* appressus, subpentagonus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo. *Antheræ*, post anthesin, spiraliter tortae. *Stigmata* 2 approximata; rarius simplex. *Caps.* sublinearis, 1-locularis. *Recep.* 2, extantia. (Richard. Cat. hort. med. paris.)

* *Flor. sessilibus.*

1. *Centaurium*, foliis oblongo-ovalibus basi rosaceis congestis, caule elongato, flor. fasciculato-paniculatis, basi squamis 1–2 cinctis. Gent. Centaurium. Lin. Chironia Cent. Willd. Flor. dan. t. 617. Centaurium vulgare. Rafn. Schum. Saeland. p. 68. Hab. in sylvis. Var. flor. albis.

β. *grandiflora*, major, limbo majusculo concavo petalis latis. In pratis humidis passim. An hujus loci Centaur. Erythraea. Rafn. Schousboe?

2. *chilensis*, fol. lanceolatis, caul. dichotomo corymboso. Willd. Sp. 2. p. 1067. sub Chironia. Gent. peruviana. Lam. enc. 2. p. 642. Few. Peruv. 2. t. 35. Hab. in regn. Chilensis et Peruviae. Fol. 1 – nervia. Lam. ⊙

3. *conferta*, pumila stricta ramosa, fol. ovalibus obtusis, flor. sessilibus fasciculatis confertis, cal. cor. tubum ad dimidium aequante. Habit. in Hispania. Ex Herb. Richardi.

4. *spicata*, fol. lanceolato-oblongis, ramis dichotome paniculatis, flor. subsecundis, cal. bracteisque cor. subaequalibus. Chironia spicata. Willd. p. 1069. In Europae australioris pratis humidis herbosis, et in Barbaria. Stigma capitatum, integrum.

** *Flor. pedicellatis.*

5. *ramosissima*, subpumila ramosissima, fol. breviovalibus, caul. geniculis aequalibus, flor. subdichotomis basi squamis destitutis. Chironia Gerardi. Schmidt Flor. bohem. 1. n°. 13. Gent. palustris. Lam. Vaill. par. t. 6. f. 1.

β. *inaperta*, pumila simplex ramosaque foliosa, fol. ovatis, flor. ternis limbo connivente acuto. Hujus loci Chir. inaperta. Willd. Gent. pusilla. Lam. Vaill. t. 6. f. 2. Hab. in pascuis.

6. *luteola*, patule ramosa setacea, fol. linearibus angustis, cal. patulo cor. subaequali. Cum priore rarius. Pedunc. elongati solitarii. Cor. 4-fida? lutea. Anth. non tortiles?

7. *maritima*, herbacea, fol. oblongo-lanceolatis, caule dichotomo corymboso, tereti, flor. pedunculatis digynis. Chironia. Willd. Cav. ic. 3. p. 49. t. 296. f. 1. In Europae australis maritimis. Cor. lutea. β. *tingitana*, caul. compressiusculo, fol. trinerviis. Schousboe. p. 85.

8. *pyrenaica*, fol. ovato-lanceolatis erectis, cor. lacin. lanceolatis. Hab. in Pyreneis. Cor. alba. Rich.

9. *Linarifolia*, cor. infundibuliformi, stylo longo simplice, fol. linearibus subuninerviis. Lam. enc. 2. p. 641. sub Gentiana. Bocc. Mus. 2. t. 43. Barrell. ic. 423. Hab. in Europa australi, Hispania etc. Rad. fusiformis. Flor. purpurasc. Lam.

634. VOHIRIA. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longissimo utrinque tumido, limbo 5-fido, lacin. ovatis patentibus. *Antherae* in fauce tubo subsessiles. *Stigma* simplex. *Caps.* 1-locularis bivalvis. *Sem.* numerosa, scobiformia.

1. *caerulea*, flor. geminatis, cor. laciniis rotundatis. Lam. ill. p. 491. sub Vohiria. Aubl. guj. 1. p. 21. t. 83. f. 2. Lita caerulea. Willd. Sp. p. 1071. Hab. in Gujanae sylvis. ♃

2. *rosea*, flor. geminatis, cor. laciniis acutis. Lam. t. 109. Aubl. l. c. t. 83. f. 1. Lam. ill. t. 109. L. rosea Willd. Cum priore.

5. *spathacea*, caul. multifloro, bract. subspathaceis, cor. laciniis oblongis. Lam. ill. p. 491. Hab. in Gujana.

4. *breviflora*, caul. subtrifloro, fol. membranaceis, cor. tubo cal. duplo longiore. Lam. ill. Cum priore. Richard. Caul 2-pollicaris.

5. *uniflora*, caul. subaphyllo 1-floro, cor. lacin. acutis. Lam. l. c. Gentiana.

6. *aphylla*. Jacq. amer. t. 60. f. 3. Hab. in Martinicae sylvis humentibus. Incolit vetustarum arborum truncos cavos, in quibus tractu temporis aliqua humi portio fuit collecta, quo sensu parasitica posset vocari. Jacq.

DIGYNIA.

635. GENTIANA. *Cor.* 1-petala. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, Receptaculis 2, longitudinalibus.

* *Corollis 5-9-fidis subcampanulatis.*

1. *lutea*, fol. latis ovatis nervosis, cor. subquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis. L. Mat. med. p. 75. Mill. dict. Willd. Sp. 2. p. 1331. Froelich. de Gent. p. 15. Asterias. Reneal. spec. 64. t. 63. Hab. in alpibus et subalpinis pratis. Fol. Veratri. Rad. magna carminativa.

2. *purpurea*, cor. subquinquefidis campanulatis striato-punctatis verticillatis, cal. membranaceis spathaceis. Froel. p. 18. Andrew. t. 117. Flor. dan. t. 50. G. punctata. Villars. delph. 2. p. p. 522. Hab. in alpibus Helveticis, Sabaudis, Pyrenaeis, Delphinatus, Norvegicis. ♃

3. *pannonica*, cor. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, cal. coriaceis truncatis. Froel. p. 21. Fol. caulinis lanceolatis acuminatis. Jacq. austr. 2. t. 136. G. punctata. Jacq. obs. 2. p. 17. t. 39. Moris. s. 12. t. 4. f. 3. In alpibus. A sequente differt: cor. laciniis subrotundo-ovatis nec ovatis acutiusculis. Willd.

4. *punctata*, cor. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, cal. membranaceis truncatis. Froel. l. c. p. 24. Jacq. aust. 5. t. 28. G. purpurea. Villars. Moris. s. 12. t. 4. f. 2. Hab. in alpinis. ♃

5. *campanulata* (*immaculata*), cor. septemfidis campanulatis striatis immaculatis, cal. septemfidis. Murr. syst. 267. Jacq. aust. 5. p. 43. app. t. 29. G. alpina major, flor. flavis punctis carentibus. Bauh. pin. 187. Hab. in alp. Carinthiae Garten, et in alpibus Aquilejensibus. ♃

6. *septemfida*, cor. campanulatis septemfidis quinquefidisque, laciniis intermediis ciliatis. Froel. p. 47. Pall. ross. 2. p. 101. t. 92. f. 1.

7. *asclepiadea*, cor. quinquefidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus, foliis amplexicaulibus ovato-lanceolatis. Froel. Jacq. austr. t. 328. Lam. ill. t. 109. f. 3. G. asclepiadis folio. Bauh. pin. 187. β. *plicata*, caule 1-floro. Schmidt. Hab. in montosis Helvetiae, Austriae, Italiae, Hispaniae, etc.

8. *montana*, cor. quinquefidis campanulatis, fol. cordatis sessilibus. Forst. prod. n°. 133. Hab. in Zeelandia.

9. *cruciata*, cor. quadrifidis imberbibus, flor. verticillatis sessilibus, fol. decussatis connato-vaginantibus. Jacq. aust. t. 372. Tretorrhiza. Renealm. spec. 74. t. 73. Hab. in montosis apricis et sylvaticis. ♃

10 *macrophylla*, flor. quinquefidis sessilibus verticillatis, fol. radicalibus caulem inferne subnudum aequantibus. Froel. Gent. p. 31. Pall. ross. 2. p. 108. t. 96. G. flor. confertis terminatricibus, cor. 4-5-fidis lanceolatis, caule procumbente media parte nudo. Gmel. sib. 4. p. 104. t. 52. Hab. in Sibiria praesertim orientaliore. ♃

11. *adscendens*, cor. quinquefidis campanulatis subsessilibus axillaribus, fol. acutis: radicalibus lanceolatis elongatis. Froel. p. 43. G. decumbens. Lin. suppl. 174. Pall. ross. t. 94. Gmel. sib. t. 51. f. 4. excl. synon. In montosis apricis Sibiriae. ♃

12. *triflora*, cor. campanulatis quinquefidis aggregato-sessilibus. fol. linearibus, flor. alternis productis. Froel. p. 38. Pall. ross. t. 93. f. 1. Hab. in Sibiria orientali, in alpinis Transbaicalensibus. ♃

13. *frigida*, cor. campanulatis quinquefidis terminalibus sessilibus binatis, laciniis obtusis. fol. lineari-oblongis enerviis. Willd. p. 1337. Froel. p. 30. Icon. Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 13. Schmidt. in Roemer. Archiv. 1. p. 14. t. 2. f. 2. In alpibus summis Styriacis, Carpathicis. A sequente diversa. ♃

14. *algida*, cor. campanulatis quinquefidis terminalibus pedunculatis subternis, laciniis acutis, fol. lanceolatis trinerviis. Willd. p. 1337. Pall. ross. 2. p. 107. t. 95. Pall. itin. 3. app. n°. 82. t. L. fig. 2. Hab. in alpibus ad Jeniseam, ad lacum Baical et inque Camtschatka. ♃

15. *saxosa*, cor. quinquefidis campanulatis, fol. spathulatis. Lin. suppl. 175. Forst. in Act. holm. 1777. p. 184. t. 5. Hab. in rupibus maritimis. N. Zeelandiae. ♃

16. *Pneumonanthe*, cor. 5-fidis campanulatis axillaribus pedunculis, fol. lineari-lanceolatis obtusis. Flor. dan. t. 209. Michaux. Flor. 1. p. 176. In Europae et Americae pratis humidis. Cor. speciosa. Filam. connata. ♃

17. *Saponaria*, caul. cylindrico asperiusculo, fol. ovali-lanceolatis, flor. fasciculatis sessilibus, cor. quinquefidae lacin. cum acumine obtusis. Michaux. Flor. 1. p. 176. Catesb. car. 1. t. 70. Willd. p. 1338. In Amer. boreal. sylvarum herbosis. Habitus G. *cruciatae*. Cal. lacin. foliaceae. Cor. majusculae plicae internae in lacinulam desinunt. M.

18. *puberula*, caule asperiusculo, fol. lineari-lanceolatis undulosis calycibusque ciliatis flor. sessilib. terminalib. 5-fidis. Mich. l. c. Hab. ad confluenten fluv. Ohio et Missisipi. G Pneumonanthe affinis. Cor. majusculae lacin. obtusae.

19. *angustifolia*, caule simplici gracili 2-floro, fol. angusto-linearib. patulis, cor. quinquefidae lacin. in denticulum lacerum desinentib. Mich. p. 177. Hab. in Carol. inferior. pratis. Cor. magna.

20. *villosa*, cor. quinquefidis campanulatis ventricosis, fol. villosis. Froel. Gent. p. 36. Hab. in Virginia. Cor. extus pallida, intus lineato-varia. ♄

21. *ochroleuca*, cor. quinquefidis campanulatis verticillatis subpedunculatis, fol. ovato-lanceolatis trinerviis laevibus. Froel. p. 35. Pluck. alm. 166. t. 186. f. 1. Hab. in Virginiae, Carolinae locis humidis. ♃

22. *linearis*, cor. quinquefidis campanulatis obtusiusculis terminalibus congestis sessilibus, fol. linearibus acutiusculis. Froel. p. 37. In Pensylvaniae vallibus montanis. ♃

23. *quinqueflora*, cor. quinquefidis tubuloso-campanulatis terminalibus subquinis, caule ramosissimo alato, fol. amplexicaulibus. Froel. p. 51. G. quinquefolia. Lin. Hab. in Pensylvania, Carolina. Statura G. Amarellae. ☉

24. *aurea*, cor. subquinquefidis campanulatis verticillatis, fol. ovatis, caule inferne ramoso. Froel. p. 54. G. involucrata. Rottb. in Act. Haf. 10. p. 434. t. 1. f. 2. A. B. Flor. dan. t. 344. ☉

25. *glauca*, cor. quinquefidis campanulatis sessilibus, fol. ovatis rotundatis. Pall. ross. 2. t. 93 f. 2. Hab. in Camtschatkae alpibus et in insulis Beringii. Caul. digisalis, simplicissimus. Cor. e glauco caerulescens. W. ♄

** *Cor. infundibuliformibus nudis decemfidis.*

26. *altaica*, cor. decemfida infundibuliformi, laciniis alternis minoribus serrulatis, caule florib. breviore. Pall. ross. 2. p. 109. t. 97. f. 1. Froel. p. 62. G. grandiflora. Laxmann. in Comment. N. Petrop. 18. p. 526. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiriae alpibus summis Altaicis ad nives. ♃

27. *pyrenaica*, cor. decemfida infundibuliformi, caule inferne ramoso, fol. lanceolato-linearibus. Froel. p. 63. Gouan. illust. 7. t. 2. f. 2. Cresc. in Pyreneis ♃

*** *Cor. nudis quinquefidis.*

28. *grandiflora* (*acaulis*. L.), cor. quinquefida campanulata, caul. quadrangulum subaequante, fol. ovato-lanceolatis trinerviis. Vill. delph. 2. p. 525. Froel. Gent. p. 57. Lam. enc. 2. p. 637. Ciminalis longiflora. Moench. meth. p. 514. Anth. connatae. Plant. culta caulescens. ♃

β. *angustifolia*, fol. oblongo-linearibus enerviis, cor. campanulata excedente. Villars. l. c. p. 526. Bar. ic. 110. G. *caulescens*. Lam. enc. 2. p. 638. Valde amara. Anth. quoque connatae.

γ. *alpina*, fol. ovoideis subcarnosis enerviis obtusis, cor. campanulata caul. elongato aequante. Vill. l. c. t. 10. Praecedentibus minor. Fol. vere rotunda. V. Cresc. cum priorib. in Alpibus, germanicis, italicis et gallicis.

29. *longiflora*, cor. subquinquefida infundibuliformi caul. longiore, fol. confertis sublinearibus. Lam. ill. p. 485. Hab. in Sibiria. Cor. 2. unc. longa.

* *serpyllifolia*, cor. 5-fida infundibuliformi lobis subintegerrimis acutiusculis, fol. ovatis obtusis. Lam. enc. 2. p. 540. Cam. hort. t. 15. f. 1. Barrel. ic. t. 101. f. 1. Hab. in Italia.

β? *brachiphylla*, fol. lanceolatis subrotundis brevissimus, cor. infundibuliformi. Vill. delph. 2. p. 528. Barrel. ic. 103. 2. Hab. in summis alpibus Delphinatus. Cor. azurea, dentata.

γ. *elongata*, cor. quinquefida infundibuliformi, caule elongato filiformi subnudo unifloro, cal. oblongo aequali, fol. radicalibus aggregatis. Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 88. t. 17. f. 3. G. uniflora. Georg. it. 1. p. 203. t. 1. f. 2. Hab. in alpibus.

30. *verna*, caul. simplici pumilo, cor. quinquefida infundibuliformi caulem excedente, fol. ovatis acutiusculis radicalibus confertis majoribus. L. Cor. crenata, lacin. basi appendiculatis. Smith. brit. 1. p. 285. Engl. bot. t. 493. Barr. ic. 109. f. 1. G. bavarica. Jacq. obs. 3. p. 19. t. 71. Barr. 109. f. 2. Ericala. Reneal. spec. 75. t. 68. f. 2.

31. *utriculosa*, multicaulis, fol. radicalib. ovatis rosaceis, cor. quinquefidis hypocrateriformibus, cal. plicato-carinatis. L. Barr. ic. 48. 122. f. 2. Hab. in Germaniae australioris, Helvetiae, Italiae et Galliae pratis montanis et subalpinis. ⊙

32. *bavarica*, cor. quinquefida infundibuliformi, laciniis obtusis serratis, fol. ovatis obtusis, radicalib. confertis imbricatis, caulinis minoribus. Froel. Gent. p. 71. Villars. delph. 2. t. 10. Schmidt. in Roemer. Archiv. 1. p. 17. t. 5. f. 12. Gentianella elegantissima bavarica. Cam. hort. 65. t. 15. f. 1. Barr. ic. 101. In alpibus.

33. *pumila*, cor. quinquefida infundibuliformi subserrata, fol. lanceolato-linearibus. Jacq. Obs. 2. p. 29. t. 46. Ej. Flor. austr. 4. t. 302. In Alpib. Una cum antecedente G. *vernae* nimis affinis. ♃

34. *imbricata*, cor. quinquefida infundibuliformi caulem superante, fol. imbricatis ovatis acutis margine scabris. Froel. p. 74. Cam. hort. t. 15. f. 2. Barr. ic. f. 2. Hab. in alpibus Helvetiae, Carinthiae. ♃

35. *prostrata*, cor. quinquefida infundibuliformi, caul. unifloris prostratis, fol. obtusis subimbricatis. Haenke in Jacq. Coll. 2. p. 66. t. 17. f. 2. Hab. in summis alpium Salisburgensium. ♃

36. *nivalis*, caul. multifloro, cor. quinquefidis infundibuliformibus, ramis alternis unifloris, fol. caulinis lanceolatis. Froel. p. 83. Flor. dan. 17. Hall. helv. t. 17. β. caule elongato filiformi subramoso. Froel. Barr. ic. 509. f. 2. γ. caule humili subunifloro. Barr. ic. 103. f. 2. Hab. in summis alpibus. ⊙

37. *aquatica*, cor. quinquefidis infundibuliformibus terminalibus sessilibus, fol. margine membranaceis. L. Pall. ross. 2. p. 109. t. 97. f. 2. G. humilis aquatica verna. Amm. ruth. 4. t. 1. f. 1. Hab. in Sibiria, Japonia, China ad aquas. ⊙

38? *Scilloides*, caule uniflore prostrato ramoso, fol. obovatis obtusis trinerviis, cor. infundibuliformibus quinquefidis, bracteis binis. Linn. suppl. 175. Hab. in insulis Azoreis. Limbus planus imberbis luteus.

39. *Amarelloides* (*kentuckensis*) caul. 4-gono, fol. semi-amplexicaulib. ovalibus, flor. subternis pedicellatis, cor. (sublutea) 5-fida, lacin. lanceolatis setaceo-acuminatis. Michaux. Flor. 1. p. 175. Hab. in monticulis Kentucky, Sequente paullo minor. Cor. obsolete lutea, munita, fauc. glabra. M.

**** *Cor. fauce squamis capillaceo-multifidis acutis, 4-5-fidis.*

40. *Amarella*, flor. fasciculato-subumbellatis, cor. hypocrateriformib. 5-fidis fauce barbatis: tubo transversim crispo, cal. lacin. aequalibus, fol. ovato-lanceolatis. Flor. dan. t. 328. Var. flor. 4-fidis. Smith. brit. 1. p. 287. Autumno frequens in sylvaticis, et pascuis cal. careis. Sapor valde amara. Huc pertinet G. *germanica*. Willd.

41. *lancifolia*, cor. hypocrateriformib. 4-5-partitis barbatis acutis: laciniis lanceolatis acutis, fol. lanceolatis. Rafn. Flor. Dan. Schumacher. Flor. Saelland. p. 80. G. Amarella. Willd. p. 1347. Hippion axillare. Schmidt. Habit. in Europ. septentrionalis pratis. Aug. Sept. Cor. minor quam in priore. Rad. flava. Willd.

42. *uniflora*, cor. quinquefida hypocrateriformi barbata, laciniis ovatis acutis, fol. ovatis acutis, caule simplicissimo unifloro. Willd. Hippion Gentianella. Schmidt. l. c. p. 23. t. 3. f. 4. In pascuis humidis alpinis Sudetorum et Bavariae. ⊙

43. *obtusifolia*, cor. quinquefidis hypocrateriformibus barbatis, tubo calyce subaequali breviore, fol. lanceolatis obtusis. Hippion obtusifolium. Schmidt. bohem. n°. 126. Roem. arch. 1. p. 22. t. 2. f. 3. Hab. in summis montium jugis Bavariae inque Sudetis. ⊙

44. *uliginosa*, cor. subquinquefidis hypocrateriformibus acutis fauce barbatis, calycib. subaequalibus, fol. ovato-lanceolatis, caule ramoso tetragono basi subalato. Willd. p. 1347. G. Amarella. Willd. prod. Berol. n°. 293. Hab. in Marchiae Electoralis pascuis udis. ⊙

45. *pratensis*, cor. subquinquefidis hypocrateriformibus obtusis fauce barbatis, cal. laciniis inaequalibus, fol. lanceolatis. Froel. Gent. p. 88. Flor. Dan. t. 328. G. campestris. Pall. ross. 2. p. 103. Hab. in Russiae, Sibiriae et Daniae pratis et humidis. ⊙

46. *campestris*, cor. quadrifidis hypocrateriformibus obtusis fauce barbatis, cal. laciniis duabus maximis. Froel. p. 91. Flor. dan. t. 367. Hab. in pascuis montanis, sylvat.

47. *auriculata*, cor. quadrifidis quinquefidisque campanulatis intus villosis, cal. laciniis alternis cordatis. Pall. ross. 2. p. 102. t. 92. f. 1. In Sibiria, Camtschatka, etc. ⊙

48. *tenella*, cor. quadrifidis hypocrateriformibus fauce barbatis, caule subdichotomo, pedunc. longissimis, fol. subovatis

obtusiusculis. Froel. p. 96. Rottb. Act. Hafn. 40. p. 436. t. 2. f. 6. Flor. dan. t. 318. G. *tetragona*. Lam. Hab. in alpibus Norvegiae inque Islandia. Cal. laciniae subrotundo-ovatae acutae, duae majores et latiores. Willd. ⊙

49. *glacialis*, cor. quadrifidis hypocrateriformibus fauce barbatis, caule inferne ramoso folioso. Froel. p. 98. Villars. delph. 2. p. 532. G. tenella. Towson Travels in Hungary. t. 14. Hippion longepedunculatum. Schmidt. l. c. p. 21. t. 3. f. 5. Hab. in summis alpibus.

50. *dichotoma*, cor. quinquefidis campanulatis fauce barbatis, caule dichotomo, pedunc. longissimis, fol. subovatis acutis. Froel. p. 100. Pall. ross. 2. p. 110. Gmel. sib. 4. p. 106. t. 51. f. b. Hab. in Sibiria. ⊙

UMBELLATÆ familiam exhibent, primo obtutu ab aliis facile dignoscendam, ob flores umbellatim dispositos, et fructus inferos, nudos, in semina duo, ex axe centrali filiformi pendula, bipartibiles. Umbellae sunt aut simplices s. flores in pedunculo communi sessiles, aut compositae s. in umbellulas radiatim pedicellatas divisae; nonnullae anomalae sunt s. a forma communi aberrantes. Utraeque sunt vel nudae, vel involucratae. Flores constant ex calyce integro aut quinquedentato, minimo; corolla 5-petala, aequali, aut radiata: petalis exterioribus majoribus. Stamina adsunt 5 et

styli 2. Lagoecia unico tantum gaudet stylo. Plures flores in eadem umbella abortiunt ob stylorum defectum, qui polygami denominantur. Caul. plerisque herbaceus, et folia composita sunt. Diversae harum plantarum partes, praesertim semina, gaudent qualitate calida, aromatica, nonnunquam caustica, imo venenata; radices quarumdam edules sunt.

668. ERYNGIUM. Flor. capitati. Involucr. polyphyllum. *Cal.* proprius, 5-phyllus, superus. *Cor.* 5-petala. *Recept.* paleaceum. *Fruct.* coronatus, 2-partibilis. (Fol. Cardui.)

** Foliis laciniatis.*

1. *campestre*, fol. radicalibus petiolatis ternatis: caulin. inferiorib. pinnato-lanceolatis, caul. superne ramosissimo. L. Schousb. Maroc. p. 135. Willd. Sp. 2. p. 1358. Jacq. austr. t. 155. Flor. dan. t. 554. β. *lusitanicum*, latifolium. Tournef. 327. Hab. in incultis, ad vias ubique. ♃

2. *Bourgati*, fol. omnib. digitatis lacin. suborbiculatis, capitul. subrotundis paleis subulatis integris. Ait. Kew. 1. p. 326. Gouan, ill. p. 7. t. 3. Hab. in Gallia australi, in Helvetia. Fol. quoad formam ut in Ger. columbino. Involucr. Subulata 9-12-phylla. Capit., rarius unicum, amethystinum. Lam.

3. *amethystinum*, fol. radicalibus trifidis basi subbipinnatis, bracteis linearibus spinis interjectis. Moris. s. 7. t. 35. f. 2. Schousb. Maroc. ed germ. p. 122. Hab. in Syriae montibus et in campis prope Tingidem. Nomen colorem plantae exprimit. ♃

4. *rostratum*, fol. caulinis pinnatis: radicalibus polymorphis, involucr. inaequalibus, capitulis apice rostratis. Cav. ic. 6. p. 34. t. 552. Hab. in maris Chilensis littore prope Talcahuano urbem. Col. plant. luteo albus.

5. *monocephalum*, fol. amplexicaulibus canaliculatis laxe pinnatis, involucro patentissimo rigido. Cav. l. c. p. 35. t. 553. Hab. in Mexico. Flor. violacei. Involucr. amplum, 30-phyll.

6. *triquetrum*, fol. radicalib. trilobis inciso-spinosis, caul. digitato-palmatis, flor. corymbosis, involucr. 3-4-phyllo subulato-canaliculatis, pedicellis triquetris. Desf. Atl. 1. p. 225. t. 54. Hab. in Barbariae arvis. Col. plant. amethystinus. ♃

7. *rigidum*, fol. palmato-laciniatis, bract. rigidis pinnatifidis pungentibus, caul. crasso. Lam. enc. 4. p. 752. E. Spinalba. Vill. Delph. 2. p. 660. t. 17. Hab. in Galliae alpib., locis incultis. Capit. magna, oblonga, bract. 9-10 pinnatifidis, albidis, spinosis cincta. A sequente omnino diversum.

8. *alpinum*, fol. radicalibus integris cordatis, caulinis lobatis sublaciniatis, bracteis mollibus pinnatifido-ciliatis caerulescentib. Lam. l. c. p. 753. Jacq. ic. rar. t. 94. Hab. in alpibus. ♃

9. *caeruleum*, fol. radicalibus cordato-ovatis, caulinis palmatis, involucri foliolis quinis subulatis basi utrinque spinula minima armatis, paleis mucronatis. Tableau d. prov. sur la côte occidentale de la mer Caspienne. n°. 7. Munting. Phytogr. p. 455. Moris. s. 7. t. 37. f. 13. Habit. in coll. et apricis prov. Schiruanensis. ♃

10. *maritimum*, fol. radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capit. pedunculatis, paleis tricuspidatis. L. Moris. s. 7. t. 36. f. 6. Hab. in maritimis. Rad. longissima. Col. pl. glaucus aut albicans. ♃

β? *aquifolium*, fol. ovatis acutis spinosis amplexicaulibus, involucr. 6-7-phyllo, fol. intus caeruleis. Cav. Annal. de ciencias natur. n°. 7. p. 32. E. *maritimum*. Flor. Dan. t. 875. †

11. *ilicifolium*, fol. obovatis dentato-spinosis, margine cartilagineis, caul. dichotomo, involucr. foliaceis, paleis tricuspidatis. Cav. ic. 6. p. 225. t. 53. Lam. enc. 4. p. 757. Hab. in Barbaria et Lusitania.

12. *dichotomum*, fol. radicalibus cordato-oblongis crenatis, umbel. dichotomis, capit. florum rotundo involucr. breviore, paleis tricuspidatis. Desf. Atl. 1. p. 126. t. 55. In collib. incultis circa Masca. Affine E. *plano*, sed omni parte minus. Capit. parva. D.

13. *corniculatum*, fol. radicalibus ellipticis subdentatis petiolatis: caulinis perparvis pinnatifido-laciniatis, caul. trichotomo, involucr. inaequalibus, paleis integris. Lam. l. c. p. 758. Tournef. Inst. p. 327. Hab. in Lusitania. Capitul. numerosa, cincta involucr. 5-6-phyllo cujus fol. 3. caeteris longiora cornicula mentientia. Lam.

14. *planum*, fol. radicalibus cordato-ovalibus planis crenatis petiolatis caulinis sessilibus, capit. ovatis pedunculatis. Lam. enc. 4. p. 753. Jacq. Austr. t. 391. Barr. ic. 1174. Hab. in Russia, Polonia, Austria et Gallia meridionali? Capit. et pedunculi amethystini.

15. *tricuspidatum*, fol. radicalibus cordatis: caulinis palmatis, auriculis retroflexis, paleis tricuspidatis. L. Willd. p. 1357. Des. Atl. 1. p. 224. E. *Bocconi*, fol. radicalib. cordato-subrotundis crenatis apice subincisis: caulinis inferioribus trifidis; superioribus digitatis, paleis tricuspidatis. Lam. l. c. E. capitulis Psyllii. Bocc. Sic. t. 47. Moris. s. 7. t. 36. f. 12. Hab. in Europ. australi, Barb. et Oriente.

16. *creticum*, fol. caulinis digitatis spinosis brevissimis subreflexis, caul. superne corymboso, involucr. subhexaphyllis. Lam. l. c. p. 754–755. Tournef. Cor. p. 23. Hab. in ins. Candia. Col. pl. amethystinus.

17. *glomeratum*, fol. pinnato-laciniatis: laciniis angustis spinosis, thyrso terminali, capit. globosis subglomeratis. Lam. l. c. Cum priore et in Oriente. Rad. longa, apice crassa. Capit. minuta numerosa. Invol. foliola 6, lineari-subulata. L.

18. *dilatatum*, fol. pinnatifidis apice dilatatis trifido-laciniatis spinosis, involucr. hexaphyllis margine spinosis. Lam. l. c. Barrel. ic. 36. Bocc. Mus. t. 71. Hab. in Hispania, Lusitania et Barbaria. An ab E. amethyst. satis diversum?

19. *lateriflorum*, fol. lanceolatis nervosis integerrimis, caul. ramisque flexuosis, capit. lateralib. sessilibus echinatis. Lam. l. c. p. 756. Gramen orientale spicatum, etc. Tournef. cor. p. 39. Cenchrus frutescens. Lin.? Hab. in Oriente. Species omnium valde singularis. Caul. flexuosus, sursum ramosissimus.

20. *virgatum*, fol. ovatis inciso dentatis remotissimis, caul. virgato tenui apice corymboso. Lam. l. c. Hab. . . Caul. gracilis. Fol. fere ut in V. Teucrium. Paleae breves 3-dentatae. L.

21. *Galioides*, minutum, fol. sessilibus digitatis spinosis minimis, caul. debili dichotomo, capit. sessilibus. Lam. l. c. Moris. hist. 3. p. 167. n°. 19. In Portugaliae humidis. Galium refert ob fol. quasi verticillata. L.

22. *tenue*, fol. spinosis: radicalib. inaequaliter dentatis; caulinis digitatis, foliolis angusto-lanceolatis, involucel. subulatis serrato-spinosis capit. longioribus, paleis tricuspidatis. Desf. Atl. 1. p. 227. Lam. enc. 4. p. 755. Clus. hist. 2. p. 159. ic. Tabern. ic. 694. Hab. in Hispaniae et Barbariae collib.

23. *odoratum*, fol. inferioribus oblongis dentato-spinosis, superioribus subdigitatis, caul. dichotomo, capit. sessilibus, invol. brevissimis. Lam. l. c. Tournef. inst. 327. Hab. in Lusitania, locis humidis. Pal. subtridentatae. Medium inter antecedens et sequens. L.

24. *pusillum*, fol. radicalibus oblongis dentatis, caul. dichotomo, capitul. sessilibus. Lin. Desf. Atl. 1. p. 223. Moris. s. 7. t. 36. f. 11. Clus. hist. 2. p. 158. ic. Cresc. in Hispania oriente et Algeriae pratis humidis. Paleae rigidae simplices apice spinosae. ♃

25. *serratum*, fol. oblongis serratis: floralib. pinnatis brevibus, capitul. globosis involucro longioribus. Cav. ic. 6. p. 36. t. 554. Hab. in Mexico. Germ. hispidum.

26. *humile*, pedunc. radicalibus fol. 2. oppositis, fol. radicalib. ovatis petiolo brevioribus: caulinis sessilibus oblongis serratis, involucr. 10-phyllis tricuspidatis. Cav. ic. 6. p. 37. t. 856. f. 1. Hab. in regno Quitensi. Fol. serraturae in setulam desinunt.

27. *subacaule*, fol. radicalibus ovatis subcrenatis inermibus longe pedunculatis, pedunc. nudis radicalibus. Cav. ic. l. c fig. 2. In Nov. Hispania.

28. *ovalifolium*, simplex, fol. ovalibus dentatis, capitulis omnib. pedunculatis involucro paulo-breviorib., paleis tricuspidatis. Michaux. 1. p. 163. Hab. in Carolinae subhumidis.

29. *nudicaule*, fol. radicalib. oblongo-spathulatis serratis ciliatisque, caul. nudo, involucr. longitudine capitulorum. Lam. l. c. p. 758. Ill. gen. t. 187. f. 2. Hab. in Monte-Video. Commers. Fol. radicalia rosacea congesta. Pal. simpl.

30. *foetidum*, pumilum graveolens, fol. spinuloso-serratis: radicalibus cuneato oblongis rosaceo-congestis, caul. dichotomo, paleis longissimis lineari-lanceolatis. Michaux. Flor. l. c. Lam. enc. 4. p. 758. Sloan. jam. hist. 1. p. 264. t. 156. f. 3 et 4. Herm. Lugd. t. 237. Hab. in Amer. boreali et meridionali. Odor valde ingratus. ♂

** *Bromeliae-folia: fol. integerrimis margine ciliato-spinulosis.*

31. *aquaticum*, fol. gladiatis ciliato-spinosis: floralibus indivisis brevissimus. Lam. l. c. p. 758. E. Yuccifolium. Michaux. Flor. 1. p. 164. Jacq. ic. rar. t. 347. Moris. s. 7. t. 37. f. 21. Hab. in Americae paludosis. Paleae lanceolatae, indivisae.

32. *virginianum*, fol. gladiatis serrato-spinosis: floralibus dissectis reflexis, caul. apice corymboso. Lam. l. c. p. 759. E. aquaticum. Michaux. p. 163. Pluck. Alm.

t. 396. f. 3. Hab. in Virginia et Carolina. Paleae 3-5-cuspidatae.

33. *longifolium*, fol. gladiatis ciliato-spinosis : floralibus brevissimis 3-5-fidis, caul. apice dichotomo. Cav. ic. 6. p. 36. t. 555. Hab. in imp. Mexicano. Capit. globosa, cicere minora. Paleae integrae. C.

34. *ebracteatum*, fol. gladiatis subintegerrimis, caul. superne trichotomo, capitulis cylindricis nudis. Lam. enc. 4. p. 759. Hab. circa Paraguay in Monte-Video et Bonaria. Commers.

669. ARCTOPUS. *Umbella* simplex, involucello monophyllo 4-partito spinoso magno cincta. Flosa plures in disco masculi, 4 in radio faeminei. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* integra, oblonga. *Fruct.* 4, in involucello connivente reconditi. *Flor.* masculi in distincta planta : involucro 5-phyllo. Juss. (Habitus Eryngii.)

1. *echinatus*. L. Reich. Syst. pl. 4. p. 360. Lam. ill. t. 855. Burm. Afr. p. 1. t. 1. (Mas.) Hab. in Aethiopia. Flor. inter fol. terminales. Fol. conferta, sinuata, ciliata, supra spinosa. ♃

670. EXOACANTHA. *Involucr.* spinosum. *Involucel.* dimidiata. *Flor.* omnes hermaphroditi, aequales. *Sem.* 1. ovata, striata.

1. *heterophylla*, fol. pinnatis : foliolis radicalibus ovatis dentatis incisis, caulinis lanceolatis acutis. Billardiere. Pl. Syriacae. p. 10. t. 2. Lam. ill. t. 190. Willd. 2. p. 1379. Hab. prope Nazareth. ♂

671. ECHINOPHORA. *Flor.* laterales masculi: centrali hermaphrodito. *Sem.* 1, involucello immersum.

1. *spinosa*, foliolis subulato-spinosis integerrimis, trifidisque. Cav. ic. 2. p. 24. t. 127. Willd. Sp. 2. p. 1378. Smith. Brit. 1. p. 293. Hab. ad littora maris, praesertim Mediterranei. ♃

2. *tenuifolia*, fol. incisis inermibus. Column. ecphr. 1. p. 98. t. 101. Moris. s. 9. t. 1. f. 2. Hab. in Apuliae maritimis apricis, salsis. Fol. radicalia ampla, 3-pinnata. Lam. ♃

672. HYDROCOTYLE. *Umbella* simplex : *Involucr.* 4-phyllum. *Petala* integra. *Sem.* semiorbiculato-compressa.

1. *vulgaris*, fol. peltatis orbiculatis undique emarginatis, umbel. 5-floris. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1360. Flor. dan. t. 90. Curt. Lond. ic. Hab. in paludosis et inundatis, etiam in Jamaica. Umb. e centro saepe prolifera. ♃

β? *verticillata*, fol. peltatis ovalibus, umbell. verticillatis. Thunb. l. c. t. 3. Hab. . . . Similis *vulgari* dicitur ; sed. fol. majora, petioli longiores, et umbel. verticillatae. ♃

2. *natans*, fol. reniformibus repando-crenatis natantibus. Thunb. Diss. acad. p. 412. Cyrill. Pl. rar. Neap. t. 6. Hab. in Italia.

3. *tribotrys*, fol. peltatis subrotundo-reniformibus bicrenatis, umb. radiis 3 longissimis, flor. verticillatis subquinis.

4. *umbellata*, fol. peltatis crenatis, umbellis multifloris. L. pedunculatis. Michaux. Flor. 1. p. 161. Hab. in Americae humidis. Differt a prima flosculis non 5, sed pluribus quam viginte, in umbellam simplicem digestis. L.

5. *bonariensis*, fol. subpeltatis reniformi-subrotundis crenatis, umbella composita, radiis ramosis apice lateribusque floriferis. Lam. l. c. enc. 3. p. 147. Cav. ic. 5. p. 60. t. 488. H. *multiflora*. Flor. Per. 3. p. 24. t. 246? Hab. in arenosis maritimis Bonariae versus Monte-Video e Limae humidis. Umb. composita, prolifera. C.

6. *americana*, fol. reniformibus sublobatis crenatis, umbel. paucifloris sessilibus. Lam. l. c. Michaux. p. 162. Hab. in Amer. et in India orientali. β. gracilis, caul. filiformi stricto, fol. minorib. Michaux.

7. *hirsuta*, hirsuta, fol. reniformibus lobatis crenatis, flor. verticillatis, verticillis quadrifloris. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 560. Hab. in sylvis montosis Hispaniolae locis humidis umbrosis. ♃

8. *triflora*, fol. reniformibus crenatis, pedunc. trifloris. Flor. Per. 3. p. 245. Hab. in Chile locis humidis. Caul. repens. Sem. villosa.

9. *globiflora*, fol. reniformi subrotundis duplicato-crenatis, umb. globosis multifloris. Fl. Per. l. c. p. 25. t. 247. In Peruv. nemorib. et humidis versus Munna. Hirsuta. Caul. purpurasc. ♃

10. *gracilis*, fol. peltatis sinuatis crenatis umbell. 6-floris. Flor. Per. 3. p. 26. t. 247. In Peruv. stagnatis. Pusilla. Caul. filiform. villosus. ♃

11. *quinqueloba*, fol. peltatis quinquelobis: lobis acutis duplicato-serratis, umbel. globosis verticillatis. Flor. Per. 2. p. 25. t. 248. Hab. in Peruviae nemorib. Villosa. ⊙

12. *moschata*, fol. reniformibus septemlobatis serratis villosis, umbellis multifloris. Forst. prod. n°. 135. Hab. in Nova Zeelandia.

13. *citriodora*, fol. reniformib. 7-9-sinuatis crenatis hirsutis, umb. parva multiflora. Flor. Per. p. 26. In reg. Chilens. campis humidis et umbrosis. Fol. fricata odorem Melissae aut Citri exhalant. ♃

14. *incrassata*, fol. reniformib. 7-9-sinuatis crenato-serratis: serraturis incrassatis albicantib., umb. multifloris globosis. Fl. Per. l. c. In Peruviae umbrosis. Caul. purpurasc.

15. *acutifolia*, fol. cordatis acutis sinuatis crenatis, umb. simplicibus globosis multiradiatis. Flor. Per. p. 25. t. 248. Cresc. c. priore. Subvillosa.

16. *asiatica*, fol. reniformibus dentato-crenatis. L. Petiolis scapisque fasciculatis. Lam. enc. 3. p. 152. Thunb. prod. 49. Rumph. 5. t. 169. f. 1. Rheed. 10. t. 46. Hab. in India orientali et Cap. b. sp. ? ♃

β ? *lunata*, fol. semilunatis crenatis basi truncatis, petiolis scapisque fasciculatis. Hab. cum priore, cujus tantum var. ?

17. *Sibthorpioides*, fol. cordato-orbiculatis obsolete lobatis crenatis, scapis subsolitariis petiolis longiorib. Lam. l. c. p. 153. Hab. in ins. Franciae. Fol. minima.

18. *Ficarioides*, tota glabra, fol. cordato-subrotundis obsolete angulosis laevibus, petiolis scapisque glabris, umbel. subquinquefloris. Lam. l. c. Cresc. c. priore. Fol. parva undulata. Flor. 5, minuti subcapitati.

19. *repanda*, fol. rotundato-cordatis (majusculis) subanguloso-repandis: petiolis (nervisque) pilosis, capitulo pedunculato trifloro villoso. H. *Ficarioides*. Michaux. p. 161. Hab. in udis Car. infer. ♃

Obs. A priore diversa videtur. Ceterum tres hae species H. asiaticae omnino affines, et ulterius examinandae.

20. *erecta*, fol. cordatis crenatis, scapis paucifloris longitudine petiolorum. Linn. suppl. 177. Hab. in Jamaica.

21. *villosa*, tomentosa, fol. cordatis integerrimis tomentosis. villosis. Linn. suppl. 175. Centella villosa. Lin. Amoen. acad. 6. afr. 98. Mercurialis afra. L. Mant. 298. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. volubilis. Dioscoreae facie. Caul. prostrati apice foliosi floriferique.

22. *glabrata*, glaberrima, fol. obovatis s. lanceolatis acutis trinerviis glaberrimis. Linn. suppl. 175. Centella glabrata, fol. lanceolatis. L. Hab. ad Cap. b. spei.

23. *Ranunculoides*, fol. quinquepartitis incisis, umbellis simplicibus. Willd. p. 1363. Hab. in Mexico. Caul. repens geniculatus.

24. *Saniculaefolia*, fol. ternatis subpalmatis, lobis crenatis, lateralibus bipartitis, umbella composita. Lam. enc. 3. p. 147. t. 188. f. 4. Cav. ic. 5. t. 488. f. 2. Hab. in Bonaria.

25. *Solandra*, tomentosa, fol. cuneiformibus ovatis retusis septemdentatis. Linn. suppl. 176. H. tomentosa, fol. obovatis dentatis tomentosis. Thunb. prod. 49. Solandra capensis. L. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

26. *tridentata*, tomentosa, fol. lineari-cuneiformibus apice tridentatis. Linn. suppl. 176. H. fol. cuneatis trifidis villosis. Thunb. Diss. bot. 2. p. 412. t. 3. Hab. ad Cap. b. spei. Simillima priori.

27. *triloba*, caul. suffruticoso, fol. cuneiformibus trilobatis glabris. Thunb. Diss. acad. p. 412. t. 3. Hab. ad Cap. bon. spei.

Obs. An forte una cum priore *Azorellae* species, cujus habitum refert ?

28. *lineata*, minuta glaberrima, fol. crassiusculis lineari-cuneatis transversim lineatis, umbella pedunculata. Michaux. Flor. 1. p. 162. Hab. in Carol. inferioris inundatis. Affinis H. chinensi. L.

29. *sinensis*, fol. linearibus, umbellis multifloris. Thunb. Diss. acad. 2. p. 411. Hab. in China.

30. *linifolia*, fol. lineari-lanceolatis subfalcatis, umbel. paucifloris. Thunb. Diss. acad. 2. p. 411. Lin. suppl. p. 176. Hab. ad Cap. b. spei. Chinensis. L. ? cfr. Thunb. l. c.

31. *virgata*, glaberrima fol. semiteretibus sulco exaratis internodiis longioribus. Linn. suppl. 176. Lam. enc. 3. p. 148. t. 188. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei. Var. humilior, involuc. triphyllis. Lam. l. c.

Obs. An hae tres posteriores revera species diversae ?

673. **AZORELLA.** Umbella simplex. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5, ovato-oblonga, obtusa. *Fructus* subglobosus, striatus, calyce persistenti coronatus. *Involucrum* 3-5-8-phyllum.

1. *linarifolia*, fol. sparsis linearibus, caul. elongato, umbel. composita. Cav. l. c. t. 485. Hab. in N. Hollandia, prope portum Jackson. Fruct. striis exasperatis. An Hydrocotyle?

2. *crassifolia*, caespitosa, fol. imbricatis crassis glaberrimis ovatis apice reflexis, umbel. multiflora. A. caespitosa. Cav. ic. 5. p. 57. t. 484. f. 2 Hab. in regn. Chilensis montib. altissimis. Fere omnes species cespitosae sunt. Planta, uti sequens substantia resinosa onusta.

3. *Chamitis*, caespitosa, fol. congestis vaginantibus integerrimis basi setosis, flor. solitariis. Chamitis integrifolia. Gaertn. de fr. 1. p. 94. t. 22. Bolax. fol. ovatis integerrimis. Commers. Lam. ill. gen. t. 189. f. 1. A. filamentosa. Vahl. Willd. Sp. 2. p. 1365. Hab. in Terra del Fuego, in montibus freti Magellanici.

Obs. Praeter flores solitarios huic speciei adhuc singulare, quod fructus non raro tripartibilis et trispermus, quo natura umbellae defectum compensare voluisset. G.

4. *trifurcata*, fol. trifidis, petiolis nudis. Vahl. symb. 3. p. 48. (*A. caespitosa.*) Lam. ill. t. 189. f. 2. Bolax. Juss. Chamitis trifurcata. Gaertn. sem. 1. p. 95. t. 22. f. 4. Hydrocotyle gummifera. Lam. enc. 3. p. 156. f. 7. e.

β. *gummifera*, fol. brevioribus densissime imbricatis. Lam. enc. l. c. ill. t. 189. f. 2.

† FRAGOSA. *Petala inaequalia. Fruct. ovatus. Involucr. 8-phyllum.* Flor. Peruv. 3.

5. *corymbosa*, fol imbricatis cuneiformibus trifidis minimis. Flor. Per. 3. p. 27. t. 250. In Peruviae alpib. humidis. Facie Lycopodii. Flor. solitariis. Cor. albidolutescens.

6. *spinosa*, fol. cuneiformibus trifidis spinosis. Flor. Per. l. c. In regn. Chilens. aridis et fruticetis.

7. *multifida*, fol. obovato-cuneiformib multifidis. Flor. Per. l. c. p. 27. t. 249. f. a. Hab. in Andium alpib. Sem. fulvescentia.

8. *crenata*, fol. obovatis: laciniis acute crenatis. Flor. Per. l. c. fig. c. In Peruv. collib. frigidis. Sem. purpurascentia.

9. *cladorhiza*, fol. ovatis cuneiformibusque inciso-serratis. Flor. Per. l. c. t. 250. f. b. Hab. in Peruv. collib. frigidis. Involucr. poliphyllum piloso-ciliatum.

10. *reniformis*, fol. reniformibus crenatis pilosissimis. Flor. Peruv. 3. p. 26. t. 249. Hab. in Peruviae umbrosis. Sem. fusca.

674. **SPANANTHE.** Umbella simplex. *Cor.* aequales. *Involucr.* subheptaphyllum. *Petala* lanceolata, patentia. *Fructus* ovalis, in dorso 3-striatus.

1. *paniculata*, caul. erecto, fol. latis triangularibus acuminatis crenatis basi barbatis. Willd. p. 1363. sub Hydrocotyle. Spananthe. Jacq. Icon. rar. 3. p. 247. Coll. 3. p. 247. Hab. circa Caracas. ⊙

675. **BOWLESIA.** Umbella simplex triflora. *Flosc.* fertiles paralleli. *Petala* aequalia. *Fruct.* 4-gonus, subpyramidalis. *Sem.* extus concava.

1. *palmata*, fol. palmatis multipartitis: lobis laciniatis: lateralib. bipartitis. Flor. Per. 3. p. 28. t. 251. f. a. Hab. in Peruviae collib. arenosis. Succosa, hispida ex setis 4-6 stellatis. ⊙

2. *lobata*, fol. lobatis longe petiolatis. Flor. Per. l. c. fig. b. Hab. in Peruviae alpibus Andium. Setae. pag. fol. super. 3-5-fasciculatae, reliquae octonae, stellatae. Pl. procumbens. ⊙

3. *incana*, fol. reniformibus crenato-lobatis. Flor. Per. l. c. t. 268. f. a. Hab. in Peruviae collib. Procumbens. Setae 5-6-fasciculatae, reliquae 12 stellatae.

676. **SANICULA.** Umbellae confertae, subcapitatae. *Fructus* aculeatus. *Flor.* disci abortientes.

1. *europea*, fol. radicalib. simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. Flor. dan. t. 283. Engl. bot. t. 98. Hab. in sylvis. ♃

2. *canadensis*, fol. radicalibus compositis: foliolis ovatis. Thunb. prod. 49. Hab. in Virginia et ad Cap. b. spei. ♃

3. *crithmifolia*, fol. decompositis linearibus, umbellis trifidis. Willd. in Act. Berol. v. 2. Artedia squamata. Pallas. in N. Act. Petrop. 10. p. 308.

4. *marilandica*, flosc. masculis pedunculatis, hermaphroditis sessilibus. Jacq. collect. 2. p. 293. Icon. rar. 2. t. 348. Hab. in Marilandia, Virginia. ♃

677. ASTRANTIA. *Involuc.* partialia latiuscula, lanceolata, patentia æqualia, petalis longiora, colorata. *Flor.* plurimi abortientes.

1. *Epipactis*, fol. quinquelobis obtusis serratis, involucris oblongis obtusis serratis, Willd. Sp. 2. p. 1367. Scop. carn. n°. 303. t. 6. Jacq. aust. 5. p. 32. app. t. 11. Hab. in sylvis montanis et subalpinis Carinthiae, Pannoniae. ♃

2. *major*, fol. radicalibus quinquelobis, lobis trifidis acutis dentatis, involucris lineari – lanceolatis integerrimis. Willd. p. 1368. Hab. in alpibus Helvetiae, Hetruriae, Bohemiae, Pyrenaeis. ♃

3. *carniolica*, fol. radicalibus quinquelobis, lobis oblongis acutiusculis subtrifidis mucronato–dentatis, involucris integerrimis. Willd. Jacq. austr. 6. app. t. 10. Hab. in alpibus Carnioliae, Carinthiae. ♃

4. *minor*, fol. radicalibus digitatis, fol. septenis novenisve lanceolatis acutis profunde dentatis. Willd. Lam. enc. 1. p. 320. t. 191. f. 2. Hab. in alpibus Helvetiae, Pyrenaeis. ♃

5. *heterophylla*, fol. caulinis integris ovatis aristato–serratis sessilibus, involucr. apice ciliato - serratis. Willd. in N. Act. Berol. v. 2. Hab. in Sibiria.

6. *ciliaris*, fol. lanceolatis serrato–ciliatis. Linn. suppl. 177. Jasione capensis. Berg. Act. ups. 3. p. 187. t. 10. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. simplex junceus, apice divisus in paucos ramos floriferos. L.

678. BUPLEURUM. *Involucra* umbellulæ majora, 5-phylla. *Petala* (flava) involuta. *Fructus* subrotundus, compressus, striatus. (Fol. integerrima.)

* *Herbacea.*

1. *rotundifolium*, involucris universalibus nullis, fol. perfoliatis. Lin. Blackw. t. 95. Lam. ill. t. 189. f. 1. Hab. inter segetes. ☉

2. *stellatum*, involucellis coadunatis: universali triphyllo. Lin. B. fol. gramineis, involucro peculiari octies emarginato. Hall. helv. n°. 771. t. 18. Hab. in alpibus Helvetcis. ♃

3. *petraeum*, involucellis subpentaphyllis coadunatis, universali pentaphyllo, fol. caulinis cordato–lanceolatis amplexicaulibus, radicalibus linearibus. Willd. Sp. 2. p. 1370. Pluck. phytog. t. 50. f. 5.

4. *graminifolium*, involucellis heptaphyllis, universali subtriphyllo, fol. radicalibus linearibus, scapis monophyllis. Vahl. symb. 3. p. 48. B. petraeum. Jacq. Coll. 1. p. 209. Icon. rar. 1. t. 56. Vill. delph. 2. p. 576. t. 14. Hab. in montibus Galliae, Italiae, Carinthiae. ♃

5. *angulosum*, involucellis pentaphyllis orbiculatis, universali triphyllo ovato, fol. amplexicaulibus cordato – lanceolatis. L. Perfoliata alpina. Hab. in Pyrenaeis. β. in Vallesiae alpibus. Var. β. fol. angustissima striata. L. ♃

6. *pyrenaicum*, involucellis pentaphyllis subrotundis emarginatis connatis, universali triphyllo, basi inciso, fol. lanceolatis cordatis amplexicaulibus. Willd. Gouan. illust. p. 8. t. 4. f. 1. 2. Hab. in Pyrenaeorum monte Laurenti. ♃

7. *longifolium*, involucellis pentaphyllis ovatis: universali subpentaphyllo, fol. ovatis amplexicaulibus. Hab. in Germania, Thuringia, inque monte Jura Helvetiae. ♃

8. *falcatum*, caul. flexuoso, involucellis pentaphyllis acutis, universali subpentaphyllo, fol. lanceolatis, caule flexuoso. L. Jacq. austr. t. 158. Hab. in collibus et sylvaticis calcareis, gypsaceis, frequens. Fol. radicalia ovata. ♃

9. *exaltatum*, involucr. utroque subpentaphyllo minimo, fol. omnibus linearibus: inferiorib. elongatis, caul. erecto paniculato. Tableau de la mer Caspienne, etc. n°. 8. In pratis montosis et collibus sicciorib., etiam Tauriae.

10. *caricifolium*, involucellis pentaphyllis cuspidatis, universali monophyllo lanceolato, fol. linearibus basi attenuatis. Willd. B. gramineum. Villars. delph. 2. p. 575. Hab. in montibus Delphinatus, Vallesiae. ♃

11. *Odontites*, umbell. lateralibus oppositifoliis subsessilibus: radiis inaequalibus, involucellis pentaphyllis lanceolato – linearibus coloratis longioribus. Desf. Atl. 1. p. 229. Jacq. hort. t. 91. Coll. 3. p. 68. J. Bauh. hist. 3. p. 201. ic. Hab. in alpibus Vallesiae, Italiae rupestrib. et inter Barbariae segetes. ☉

12. *semicompositum*, fol. lanceolatis mucronatis: inferioribus obtusis, involucris subulatis:

subulatis: partiali flor. longiore, umbel. radiis inaequalibus, sem. aspero. Desf. l. c. p. 230. Gouan. ill. 9. t. 7. f. 1. Hab. in Hispania, Monspelii et in Algeriae arvis. Var. fol. caul. inferiorib. lanceolatis acutis. D. ☉

13. *procumbens*, caul. procumbente, fol. lineari-subulatis, ramulis paniculatis, involucel. subovatis acutis brevissimis, sem. rugoso. Desf. l. c. Hab. prope Tunetum. Affine B. tenuissimo. ♃

14. *ranunculoides*, involuc. pentaphyllis lanceolatis longioribus: universali triphyllo, fol. caulinis lanceolatis. L. Jacq. Collect. 3. p. 66. Park. theatr. t. 338. Hab. in Helvetia et Pyrenaeis. ♃

15. *rigidum*, caule dichotomo subnudo, involucris minimis acutis. Hab. Monspelii. Fol. lanceolata, nervosa, rigida. Involuc. 3-phyllum.

16. *tenuissimum*, umbellis simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris. Engl. bot. t. 478. Flor. dan. t. 1050? Column. ecphr. 1. p. 85. t. 247. Moris. s. 9. t. 14. f. 4. Hab. in Germania, Anglia, Gallia, Italia. Caul. ramosissimus. Fol. linearia. Umbellulae axillares. L. ☉

17. *baldense*, caule erecto ramoso, fol. linearibus, involucris subtetraphyllis inaequalibus umbella brevioribus, involucellis pentaphyllis. Willd. Turra. giorn. p. 47. t. 1. Hab. in montanis subalpinis Croatiae, Carnioliae et in monte Baldo. ♃

18. *Gerardi*, caule erecto ramosissimo, fol. linearibus acuminatis involucro pentaphyllis lineari-subulatis umbella longioribus. Willd. Jacq. austr. 3. t. 256. B. junceum. Hab. in Gallia, Italia, Palatinatu, Austria. ☉

19. *junceum*, caule erecto paniculato, fol. linearibus, involucris triphyllis longitudine umbellae, involuc. pentaphyllis. Willd. Hab. in Gallia, Italia, Helvetia, Germania. ☉

20. *nudum*, caule ramoso aphyllo, fol. radicalibus decompositis planis incisis, involucris involucellisque lanceolato-oblongis. Ait. Kew. 1. p. 331. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

*** Frutescentia.*

21. *arborescens*, frutescens, fol. oblongis integerrimis petiolatis. Willd. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

22. *fruticosum*, frutescens, fol. lanceolato-obovatis integerrimis sessilibus. Willd. B. fol. obverse ovatis in petiolum attenuatis. Hort. cliff. 104. Hab. in Galliae australis et Orientis saxosis maritimis. ♄

23. *fruticescens* (hispanicum), frutescens, fol. striatis lineari-subulatis rigidis, infloresc. ramosa, involucr. subpentaphyllis, involuc. umbellula breviore. Desf. l. c. p. 231. Cav. ic. 2. t. 106. B. angustifolium hispanicum. Barrel. t. 1255. Hab. in collib. incultis prope Flemsen.

24. *gibraltaricum*, fruticosum, fol. rigidis lanceolatis obliquis erectis mucronatis, involucr. reflexis. Desf. p. 233. Lam. enc. 1. p. 520. B. coriaceum. L'Herit. Stirp. t. 65. Willd. Sp. p. 1377. B. obliquum. Vahl. Hab. in Hispan. prope Giberaltar et in Cap. Bon. dicto apud Tunetanos. Affine priori. Fol. utrinque glauca.

25. *plantagineum*, fruticosum, fol. perennantibus lanceolatis nervosis mucronatis, ramis floriferis ramosis striatis, involucr. subulatis adpressis. Desf. p. 233. t. 37. Hab. in Atlante prope Bongie. Involucr. univ. 5-7-phyllum. ♄

26. *canescens*, fruticosum, fol. ovali-lanceolatis obtusis nervosis subsessilibus. Schousboe. p. 113. Hab. in fruticeto prope Magadore. Glabrum, glaucescens. Involucr. univ. 5-phyllum. Priori affine.

27. *spinosum*, frutescens, ramis paniculae senilibus nudis spinescentibus, fol. linearibus. Linn. suppl. t. 78. Gouan. illust. p. 8. t. 2. f. 3. Habit. in Hispania. Panicula deflorata in spinas transiens more Alyssi spinosi. L. ♄

28. *difforme*, frutescens, fol. vernalibus decompositis planis incisis, aestivalibus filiformibus angulatis trifidis. L. B. fruticans, fol. filiformibus trifidis. Thunb. prod. 50. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. hyemalia Petroselini, aestivalia Spartii. L. ♄

679. **HERMAS.** Polygama. Involucr. universale 3-12-phyllum: partiale 2, 1-laterale. Umb. hemisphaerica; radiis (flor. masculis deciduis) truncata. Umbellulae laterales flor. masculis tantummodo instructae. *Sem.* suborbiculata, compressa, stria longitudinali elevata. (Fol. tomentosa.)

1. *depauperata*, fol. cordato-oblongis supra nudis subamplexicaulibus, axillis superioribus et involucr. lanuginosis. Lam. enc. 3. p. 121. Lin. mant. p. 299. Burm. t. 71. f. 2. Bupleurum villosum. Lin. Sp.

pl. 2. p. 343. Hab. ad Cap. b. spei, cum sequentibus omnibus.

2. *gigantea*, fol. ovato-lanceolatis supra lanuginosis subtus tomentosis obsolete crenatis. Lin. suppl. p. 435. Lam. l. c. Bupleurum. Thunb. prodr. p. 50. sub Bupleuro. Fol. Verbasci. Caul. 4-pedalis.

3. *capitata*, fol. ovatis inciso-crenatis subtus tomentosis, umbel. capitatis. Thunb. prodr. l. c. Lin. suppl. p. 435. Pl. parva. Fol. fere ut in Dryade octopetala. Umb. radii non truncati. Lam. enc. 3. p. 122.

4. *quinquedentata*, caul. glabro, fol. ovatis quinquedentatis subtus tomentosis, umbel. solitaria. Lin. suppl. l. c. Fol. parva.

5. *ciliata*, caul. glabro, fol. ovatis ciliatis subtus tomentosis, umbel. pluribus. Lin. suppl. p. 436.

680. CAUCALIS. *Cor.* utplurimum radiatæ: disci masculæ. *Petala* inflexo emarginata. *Fructus* setis hispidus. *Involucrum* polyphyllum integrum, aut nullum.

1. *grandiflora*, involucris singulis pentaphyllis: foliolo unico duplo majore, petalis exterioribus maximis. Jacq. austr. t. 54. Willd. p. 1383. Hab. in Europa inter segetes. ☉

2. *daucoides*, umbellis trifidis aphyllis, umbellulis trispermis triphyllis. Jacq. austr. t. 157. Moris. s. 9. t. 14. f. 6. Hab. in arvis. Nomen haud aptum. Involucri universalis loco villus adest albidus.

3. *latifolia*, umbella universali trifida: partialibus pentaspermis, fol. pinnatis serratis. Jacq. hort. t. 128. Hab. in Germania, Helvetia, Gallia, Oriente inter segetes. Foliol. lanceolata. Flor. rubri.

4. *mauritania*, involucro universali monophyllo, partialibus triphyllis. L. Walth. hort. 127. Hab. in Mauritania. ☉ †

5. *maritima*, humilis pubescens, laciniis foliorum obtusiusculis, umbellis involucratis bifidis, fructibus ovatis crassis, aculeis inaequalibus flavescentibus. Lam. enc. 1. p. 657. Cav. ic. 2. p. 1. t. 10. C. pumila. Vahl. Willd. Daucus muricatus. β. L. Hab. in maritimis Europae australioris et Barbariae. Caul. fusco-tomentosus. Pedunc. subradicales. ☉

6. *orientalis*, umbellis patentibus, foliolis partialibus supradecompositis laciniatis; laniculis linearibus. Moris. s. 9. t. 14. f. 5. Bellon. it. lib. 3. t. 200. Hab. in Oriente. Semina setis exstantibus apice viscoso-glandulosis. L. ♂

7. *capensis*, caule humillimo aspero, involucris et involucellis subtriphyllis, fructibus globosis muricatis. Lam. enc. 1. p. 657. C. africana. Thunb. prodr. p. 49? Hab. ad Cap. b. spei.

8. *platycarpos*, umbellis trifidis, involucris et involucellis triphyllis, umbellulis dispermis. Lam. enc. 1. p. 650. Gouan. fl. monsp. 285. Moris. s. 9. t. 14 f. 2. Colum. ecphr. 1. t. 94. f. 2. Hab. in Gallia australi, Italia. Fruct. magnus purpurascens.

9. *leptophylla*, involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis. L. Hab. in Europa australiori inter segetes. Fructus setis fulvis s. flavis distinctus. Habitu C. Daucoidis.

10. *humilis*, caul. retrorsum hispido, umbell. biradiata, involucro o, involucellis subpentaphyllis, fructib. elongatis pilis confertis peltato-uncinatis. Desf. Atl. 1. p. 239. Jacq. hort. 2. t. 195. C. parviflora. Lam. Enc. 1. p. 656. Hab. in Galliae meridionalis et Barbariae segetibus. Involucr. partiale heptaphyllum. Desf. Sem. setis flavescentibus. An ab antecedente diversa?

11. *Anthriscus*, caul. elongato, ramis erectiusculis, foliol. ovato-lanceolatis pinnatifidis, involucro universali subnullo. Tordylium Anthriscus. Lin. Jacq. Austr. t. 261. Curt. Lond. ic. Torilis Gaertn. Hab. ad sepes, in ruderatis. Involucr. universale observavi vix ullum, quod ab aliis polyphyllum affirmatur.

12. *arvensis*, involucro universali subnullo, seminibus ovatis, stylis reflexis, fol. decompositis, foliolo extimo lineari-lanceolato, caul. remosissimo. Ait. Kew. 1. p. 334. C. helvetica. Murr. syst. veg. p. 276. Jacq. hort. 3. p. 12. t. 16. C. infesta. Curtis. Lond. ic. C. segetalis. Thuillier. Hab. in agris. Pedalis, ramis congestis. An hujus loci Scandix infesta. Lin.? ☉

13. *nodosa*, caul. prostrato, umbellis simplicibus sub-sessilibus, seminibus exterioribus hispidis. Lin. sub Tordylio. Jacq. Austr. app. t. 24. Engl. bot. t. 199. Hab. ad margines agrorum, etc. Sem. latere interiora tantum tuberculata.

681. DAUCUS. *Cor.* subradiatæ. *Flosculi* disci abortivi. *Fructus* pilis hispidus. (Umbella fructus contractus, infundibuliformis.)

1. *Carota*, seminibus hispidis, petioli

subtus nervosis, folior. laciniis angusto-linearibus acutis. Lam. enc. 1. p. 634. Flor. dan. t. 723. β. *sylvestris* flosc. centrali rubro sterili. Hab. in pascuis, arvis.

β *polygamus*, umbel. flosculis marginalibus pluribus masculis. Gouan. illustr. pag. Jacq. hort. 3. t. 38. Hab. in Hispania. Sem. pilis longioribus instructa dicuntur.

Obs. Vidi adhuc varietatem D. Carotae locis siccis colliculosis lectam, involucr. laciniis integerrimis distinctam; occurrit quoque in Argentorati agris post segetem var. memorabilis a b. Hermanno *exigua* denominata, caul. brachiato divaricato.

* *maritimus*, involucr. brevibus dissectis, umbellis parvis, fol. tenuiter dissectis glabris lucidis, caul. subnudo. Lam. l. c. D. Carota. β. Smith. brit. 1. p. 300. Hab. in Angliae et Galliae meridionalis maritimis. An distincta species?

2. *mauritanicus*, seminibus hispidis, flosculo centrali sterili carnoso, receptaculo communi crasso hemisphaerico, fol. latis glabris, foliol. ovatis incisis dentatis. Lam. l. c. Moris s. 9. t. 13. f. 4. Hab. in Hispania, Italia, Mauritania. Conf. D. *grandiflorus*. Desf. Atl. 1. p. 243.

β? *lucidus*, fol. lucidis, caule hirto, petiolis laevibus. Linn. suppl. 179. D. hispanicus seminibus aculeatis, flosculo centrali sterili nullo, caule nitido. Gouan. illust. 9. Moris. 3. s. 9. t. 13. f. 4. Hab. in Italia, Hispania, Mauritania. ♂

3? *gummifer*, involucell. bracteaeformibus simplicibus latis membranaceis ad latera coloratis, fol. laciniis ovatis inciso-dentatis. Lam. Bocc. Mus. t. 20. Hab. in lapidosis, maritimis Europ. australioris.

4. *grandiflorus*, caul. piloso, fol. decompositis: foliolis linearibus, umbel. lateralibus, fol. brevioribus, sem. aculeis peltato-stellatis. Desf. Atl. 1. p. 240. t. 59. Hab. in Algeriae segetibus. Facie Cauc. grandiflorae. Petala in ambitu maxima.

5. *parviflorus*, fol. multifariam pinnatis: pinnulis inferiorum ovato-oblongis incisis: superiorum linearibus acutis, caul. scabro, umbell. distinctis, petal. minutissimis flavescentibus. Desf. Atl. 1. p. 241. t. 60. Hab. ad littora prope Arzeau. Petal. minima flavescentia. Sem. teretia, apice peltata.

6. *aureus*, caul. dichotomo piloso scabro, cor. radiantibus flavis, acul. rigidis, apice peltato uncinatis. Desf. p. 242. Hab. inter segetes circa Mascar. Petal. in ambitu majora. ⊙

7. *crinitus*, foliol. verticillatis multifariam pinnatifidis rigidulis acutis, involucr. apice multipartitis, semine crinito. Desf. p. 242. t. 62. Park. Theatr. 1331. In Atlante et in collib. incultis prope Mascar et Flems. Sem. setae longae molles violaceae aut albae. Flor. contriti aromatici. D.

8. *Gingidium*, radiis involucri planis: laciniis recurvis. Lin. Gingidium. Matth. Comm. p. 372. t. 373. Bocc. sic. ic. 40. Moris. s. 9. t. 9. f. 10. Hab. Monspelii. ⊙ +

9. *muricatus*, seminibus triglochidi-aculeatis. L. Desf. Atl. p. 243. Moris s. 9. t. 14. f. 4. Herm. par. t. 111. Col. ecphr. 1. p. 95. t. 94. Hab. in Mauritania, in arvis. Fol. fere Cari Carvi. Cor. ante anthesin purpurascentes. Sem. crassa Caucalidis, aculeis validis. D. ♃

10. *hispidus*, caul. hispido, pil. inferioribus retroversis, fol. subbipinnatis: foliol. ovatis inciso-lobatis villosis, acul. sem. peltato-stellatis. Desf. p. 243. t. 63. Hab. in rupium fissuris ad maris littora. Petala flava. Affin. D. maritimo.

11. *glaberrimus*, glaber, fol. pinnatis foliol. ovatis incisis: terminali trilobo: lac. obtusis, umbellul. distinctis, sem. muricatis. Desf. p. 244. t. 64. Cresc. in sylv. Palmarum prope Tozzer. Umbel. parva, umbellul. distinctae in pedunc. longis, facie Ammeos.

12. *copticus*, flor. aequalibus, fol. tripinnatis glabris, foliol. linearibus angustissimis, caul. laevi. Lam. enc. 1. p. 635. Ammi copticum. Lin. Jacq. hort. t. 196. Hab. in Aegypto. Sem. uti in ceteris Daucis.

13. *setifolius*, caul. laevi, fol. setaceis pubescentibus, sem. semicylindricis: angulis ciliato-echinatis. Desf. 1. p. 244. t. 65. Sem. turgida, cinerea, pubescentia. An. Visnaga? Hab. in collib. prope Mascar.

14. *alatus*, seminib. angulis membranaceis hispidis, flore parvo luteo. Poir. it. 2. p. 135. Cresc. ad maris littora prope La-Calle.

682. AMMI. *Umbella* laxa. *Involucra* pinnatifida. *Cor.* radiatæ: omnes hermaphroditæ. *Fructus* lævis, striatus.

* VISNAGA.) *Daucoidea, umbel. deflorata concava.*

1. *Visnaga*, fol. decompositis subfiliformibus, sem. inter strias villosis, umbel.

universali basi coalita. Lin. Willd. p. 1391. sub Dauco. Visnaga daucoides. Gaertn. de fr. 1. p. 92. t 107. Lab. ic. 716. Hab. in Gallia, in Oriente et in Barbaria. Radii umbellae, calore exsiccati, ad dentiscalpia adhibentur. Schousb. Hinc Gallis *Herbe aux cure-dents.*

2. *Meoides*, fol. multifidis capillaceis, petiolis canaliculatis. Ammi anethifolium. Lam. l. c. Danc. Meoides.. H. Par. Hab. in Oriente. Sem. glaberrima. ♃

** *Umbel. laxa subdivaricata.*

3. *majus*, fol. inferioribus pinnatis lanceolatis serratis, superioribus multifidis linearibus. L. Blackw. t. 447. Willd. p. 1392. Hab. in Europae australis et Orientis vineis, arvis. ⊙

4. *glaucifolium*, fol. bipinnatis: foliolis pinnatis trifurcatis linearibus albo-acuminatis. Villars. Delph. 2. p. 592. Dauc. petraeus glaucifolius. Bauh. hist. 3. p. 58. Hab. in Gallia meridionali et circa Parisios. ♃

5. *divaricatum*, sem. striatis ovatis, caul. ramoso divaricato, umbel. radiis subtrifloris. Gmel. Syst. N. L. II. p. 474. sub Dauco. Walt. Flor. Carol. p. 114. Hab. in Amer. boreali. Pedale. Sem. glaberrima, profunde striata.

6. *capillaceum*, fol. omnibus capillaceo-multifidis, sem. glabratis. Michaux. Flor. 1. p. 165. Hab. in Carolinae campestrib. Statura Am. coptici. L. †

7. *daucifolium*, fol. supradecompositis, foliol. tripartito-pinnatifidis acutis. Willd. p. 1393. Scop. carn. nº. 342. t. 10. Crithmum pyrenaicum. Hort. cliff. 94. Hab. in Pyrenaeis, Carniolia. ♃

683. ARTEDIA. *Involucrum* pinnatifidum. *Cor.* radiatæ. *Flor.* disci masculi. *Fructus* compressus, margine lobis membranaceo-scariosis cinctus.

1. *squamata*. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1389. Lam. ill. t. 193. Hab. in Libano. Fol. multipartita-tenuia. Sem. non hispida, sed disco glabra striis elevatis, margine lobato-alata, magna. ⊙

684. BUNIUM. *Cor.* uniformis. *Umbella* conferta. *Fructus* ovatus.

1. *Bulbocastanum*, fol. uniformibus, petiolo subaequalibus, involucro polyphyllo. Willd. p. 1394. Flor. dan. t. 220. B. minus fol. uniformibus, involucro polyphyllo fructib. subcylindricis apice crassioribus, stylis reflexis deciduis. Gouan. ill. 10. Moris. s. 9. p. 294. t. 2. f. 1. Hab. in sylvaticis, agris et arvis. Rad. edulis.

2. *majus* (ternatum), fol. caulinis triternatis subsessilibus angustis linearibus, involucr. o. B. *majus* fruct. ovatis; styl. persistentibus. Gouan. ill. p. 10. Willd. p. 1394. hujus loci. Hab. in Gallia, frequens mihi obvium in pascuis et arbustis prope Montd'or in Auvergne Gall.

β. *flexuosum*, caul. basi attenuato, flexuoso, involucr. subtriphyllo. Smith. brit. 1. p. 301. B. Bulbocastanum. Curt. Lond. ic. Involucr. 1-3-phyllum, saepe nullum. Sm.

3. *aromaticum*, foliol. filiformibus, involucr. subhexaphyllo, involucell. triphyllis. Lin. Mant. p. 218. Hab. in Creta et Syria. Sem. ovata, minuta, toruiis 5, scabriusculis. L.

685. CONIUM. *Involucella* dimidiata, subtriphylla. *Fructus* subglobosus, 5-striatus, utrinque crenatus.

1. *maculatum*, caule ramosissimo maculato, seminibus striatis Jacq. austr. t. 156. Willd. Sp. 2. p. 1395. Curt. Lond. ic. Hab. in agris, ruderatis. ♂

2. *rugosum*, seminibus rugosis. Thunb. prod. 50. C. suffruticosum. Berg. cap. 77. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *rigens*, seminibus submuricatis, pedunculis sulcatis, foliol. canaliculatis obtusis. L. Hab. ad Cap. b. spei littora maris. Caul. brevis, rigens. ♄

4. *africanum*, seminibus muricatis, petiolis pedunculisve laevibus, foliolis planiusculis. Jacq. hort. t. 194. Hab. in Africa. Glaucum. Odor Apii graveolentis. L. ⊙

5. *dichotomum*, caul. sulcato dichotomo, sem. oblongis compressis sulcatis tuberculosis. Desf. Atl. 1. p. 246. t. 66. Hab. inter segetes prope Mascar. Sem. profunde sulcata.

686. SELINUM. *Fructus* ovali-oblongus, compresso-planus, in medio striatus. *Involucrum* reflexum. *Petala* cordata, æqualia. *Cal.* integer.

1. *sylvestre*, caule laevi, radice fusiformi multiplici. Willd. Sp. p. 1396. Linn.

suppl. 180. Flor. dan. t. 412. Moris. s. 9. t. 17. f. 2. Hab. in Hercynia, Gallia. ♃

2. *palustre*, sublactescens, caule striato, radice fusiformi subdivisa, radiis umbellae hispidis. Willd. Flor. dan. t. 257. Engl. bot. t. 229. S. sylvestre. Jacq. aust t. 152. S. Tysselinum. Crantz. austr. p. 170. Bauh. hist. In Europae septentrionalis paludibus. ♃

3. *austriacum*, caule sulcato, involucro universali polyphyllo, foliol. cuneiformibus incisis. Willd. Jacq. aust. 1. t. 71. S. argenteum. Vill. delph. 2. p. 636. S. petiolis argenteis et viridibus striis lineatis, semine alis latis albidis. Crantz. fasc. 3. p. 43. t. 14. f. 2. Hab. in montosis Austriae, Italiae, Galliae. ♃

4. *sibiricum*, fol. tripinnatis, involucro universali partial. decoloribus enneaphyllis. Retz. obs. 2. p. 16. Hab. in Sibiria. ♂

5. *lineare*, caul. sulcato-striato, foliol. pinnatifidis: lacin. linearibus. Schumacher. Flor. Zeeland. p. 95. Hab. in Dania, in aggeribus. Caul. strictus, bipedalis. Fol. vaginae membranaceae, glaucae. Involucra setaceo-capillacea. S.

6? *Carvifolia*, caule sulcato acutangulo, involucro universali evanido, foliolis lanceolatis incisis, apice calloso-mucronatis, pistillis fructus reflexis. Jacq. austr. t. 16. Gmel. sib. 1. p. 204. t. 48. Carvifolia. Vaill. t. 5. f. 2. Vill. Dauph. 2. p. 629. Ob sem. margine membranacea. Hab. in Germania, Helvetia, Sibiria, Austria. ♃

7. *appianum*, caul. tereti striato: involucro universali monophyllo, fol. vaginis amplexicaulib. erectis, foliolis filiformibus mucronatis. Viviani Flor. ital. fragm. t. x. Hab. inter saxa montium Carrarae. Habitu rigido.

8. *Chabraei*, caule tereti striato, involucro universali nullo, vaginis foliorum laxis, foliolis filiformi-lineatibus. Willd. Jacq. aust. 1. t. 72. Peucedanum Carvifolia. Vill. delph. 2. p. 630. Hab. in nemoribus Germaniae, Galliae, Italiae. ♃

9. *Seguieri*, caule subtereti striato, involucro universali nullo, foliol. trifidis linearibus mucronatis. Willd. Jacq. hort. t. 61. Seguier. ver. 2. p. 41. t. 13. Hab. in Italia, Carniolia. Caul. quadripedalis laevis non striatus, nisi in summitate. ♃

10. *Monnieri*, umbellis confertis, involucro universali reflexo, seminum costis quinque membranaceis. Jacq. hort. t. 62. Hab. in Gallia australi. ☉

11. *decipiens* (frutescens), caule lignoso inferne nudo, fol. inferioribus bipinnatis, pinnulis lanceolatis integris incisisque serratis. Schrad. et Wendl. sert. hannov. fasc. 3. p. 23. t. 13. Hab. ... Involuc. polyphyllum, foliolis latis lanceolato-cuneiformibus trifidis, margine membranaceis. W. ♄

12. *canadense*, nitens glaberrimum, fol. bipinnatis: foliol. multipartitis: laciniis lanceolatis, fructib. ovalibus. Michaux. Flor. 1. p. 165. An Athamantha chinensis. Lin.? Hab. ad ostium flum. St. Laurentii.

13. *Oreoselinum*, fol. triplicato-pinnatis: foliolis ovato-acutis inciso-serratis divaricatis. Athamantha. Lin. Jacq. austr. t. 68. Oreoselinum nigrum. Delarbre, Flor. de la Auvergne. 1. p. 428. Hab. in collibus ardis et ad vinearum margines. Sem. rotundata.

14. *Cervaria*, fol. pinnatis, inciso-angulatis, sem. oblongis. Athamanta. Lin. Hort. Cliff. p. 92. S. fol. pinnis semilobatis circumserratis. Hall. helv. n°. 804. Roth. germ. 2. p. 354. Jacq. austr. t. 69. Oreoselinum elaphoboscum. Delarbre l. c. p. 429. Hab. in montosis agrorum et vinearum versusis, etc.

687. MULINUM. *Umbella* simplex. *Involucr.* polyphyllum. *Fructus* (turgidus) ovatus, profunde sulcatus: angulis rotundis. *Petala* lutescentia. *Cal.* denticulatus.

1. *proliferum*, foliis trifidis vaginantibus: laciniis subulatis, umbel. prolifera. Selinum. Cav. ic. 5. p. 58. t. 486. f. 1. Hab. in Americae meridion. portu Descado. Rad. tortuosa.

2. *microphyllum*, fruticosum, fol. minutis numerosissimis tripartitis: petiolis caul. ambientibus. Cav. l. c. p. 59. fig. 2. Cum priore. ♄

3. *spinosum*, fol. quinquepartitis: lacin. lanceolatis acumine pungente, petiol. basi caulem vaginantibus. Cav. l. c. t. 487. f. 1. Hab. in altissimis montibus regni Chilens. in Cordillera. Cal. huic major.

4. *acaule*, fol. ovatis inferne attenuatis, umbel. radicali sessili. Cav. l. c. t. 487. f. 2. Cresc. prope port. Descado. Umb. in centro fol. sedens. Fruct. omnium maximus. Fol. super terram expansa.

Obs. Plantae hae toto habitu a Selinis differunt, quare eas sub distincto genere separavi.

688. ATHAMANTA. *Involucr.* polyphyllum. *Fructus* ovato-oblongus, pubescens, striatus. *Petala* inflexa, emarginata. *Cal.* integer.

1. *Libanotis*, fol. bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. L. Jacq. austr. t. 392. Willd. p. 1400. Engl. bot. t. 138. Pluck. alm. 129. t. 173. β. pyrenaica. Jacq. hort. 2. t. 197. Hab. in Sueciae, Germaniae pratis siccis apricis. ♃

2. *sibirica*, fol. pinnatis inciso-angulatis. Gmel. sib. I. p. 186. t. 40. f. 1. 2. Hab. in Sibiria. Flor. subtus rubri. ♃

3. *condensata*, fol. subpinnatis foliolis deorsum imbricatis, umbella lentiformi. Hab. in Sibiria. Germina villosa. Antherae et receptacula flosculorum purpurea. L.

4. *incana*, tota pubescens incana, fol. supradecompositis, foliolis cuneiformibus quadridentatis, umb. multiradiata globosa. Willd. p. 1402. Hab. in Sibiria.

Obs. Similis praecedenti, sed tomento tenui incano, caule crassiore, foliorum forma et parvitate disctincta. W.

5. *sicula*, fol. inferioribus nitidis, umbellis primordialibus subsessilibus, seminib. pilosis. Hab. in Sicilia. Fol. inferiora nitida, superiora villosa. Caulis pubescens. ♃

6. *Matthioli*, foliolis capillaceis, stylis persistentibus erectis, seminibus oblongis hirsutis. Willd. p. 1403. Jacq. ic. rar. 1. t. 57. A. foliolis elongato-subsetaceis, sem. ovato-acutis striatis hirsutis suaveolentibus. Wulff. in Jacq. Coll. 1. p. 211. Libanotis rupestris. Scop. carn. n°. 315. t. 9. Villars. 2. p. 648. Dalech. hist. p. 758. f. 759. Hab. in Croatia, Carniolia et Delphinatu. Rad. longissima.

7. *cretensis*, foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hirsutis. Jacq. austr. t. 62. Hab. in Helvetia, Austria, Carniolia. ♃

8. *annua*, fol. multipartitis: laciniis linearibus teretiusculis acuminatis. Myrrhis tenuifolia annua cretica, semine lanugine alba pubescente. Moris. hist. 3. p. 303. Hab. in Creta. Var. *Cretensis?* ⊙

689. PEUCEDANUM. *Fructus* ovatus, utrinque striatus, ala cinctus. *Involucra* brevissima. (Caul. altus. Fol. multifido-linearia.)

1. *officinale*, fol. quinquies tripartitis filiformibus linearibus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1405. Gmel. sib. 1. t. 41. Hab. in Europae australioris pratis pinguibus. Flor. flavescentes. ♃

6. *villosum*, fol. alternis lanceolatis serratis hirsutis. Thunb. prod. 75. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *montanum*, fol. subpetiolatis oppositis ovatis dentatis, stigm. 4-partito. Smith. brit. 1. p. 410. Flor. dan. t. 922. Curt. l. c. t. 14.

β. *alpestre*, foliis oppositis alternisve ovatis denticulatis subsessilib. glabris, caul. simplicissimo obtusangulo, flor. axillaribus subsessilibus, caps. utrinque attenuatis tetragonis. Schmidt. bohem. n°. 377. Hab. in montosis, nemorosis, ad muros etc.

γ. *trigonum*, caul. simplice obsolete trigono, fol. ternis ovatis dentatis sessilibus. Hab. in Silesia et in Helvetia. Ludw. E. alpestre? Schleicher. An E. *alpestre* Schmidt bohem. diversum?

8. *roseum*, fol. oppositis alternisque ovato-lanceolatis petiolatis serratis glabris. Roth. germ. 2. p. 458. Schreb. Sp. p. 147. E. *roseum*, fol. petiolatis ovatis dentatis, caul. subtetragono, stigm. indiviso. Smith. brit. 1. p. 411. Hab. in uliginosis ad margines rivulor. Caul. (ramosus), superne villo candido obtectus. R., incanus. S. Flor. parvi carnei. Stigm. clavatum. S.

9. *glabellum*, fol. oblongis dentatis obtusis, imis oppositis, caule teretiusculo erecto. Forst. prod. n°. 160. Hab. in N. Zeelandia.

10. *denticulatum*, fol. sublanceolatis denticulatis: inferiorib. oppositis, petal. aequalib. bifidis. Flor. Per. 3. p. 78. t. 314. Hab. in Peruv. et chilens. ripis. Pet. rosea. Suffruticosum.

11. *rotundifolium*, fol. oppositis subrotundis denticulatis. Forst. prod. n°. 161. Hab. in N. Zeelandia.

12. *tetragonum*, fol. lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule ramoso tetragono, stigm. indiviso. Smith. p. 412. Flor. dan. t. 1029. Curt. Lond. 23.

β. *obscurum*, fol. oppositis alternisque, lanceolatis glabris serratis basi decurrentib. Schreb. Hab. in palustribus. Stigm. clavatum. S.

13. *palustre*, fol. sessilibus lanceolatis subdenticulatis, caul. tereti ramoso, stigm. indiviso. Smith. brit. 1. p. 413. Engl. bot. t. 346. Hab. in palustribus. Stigm. lineare, indivisum.

14. *origanifolium*, fol. oppositis ovatis acutis subdentatis, caul. basi erecto glabro. Lam. enc. 3. p. 576. Hab. in alpestribus. Sequente, quacum confunditur, major. Fol. ferme aequalia, infima minora.

15. *alpinum*, fol. oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule basi repente. L. Flor. dan. t. 322. Lightf. scot. t. 10. f. 1. E. anagallidifolium. Lam. Hab. in alpibus ad rivulus. Racem. subtriflorus.

β? *pumilum*, caul. simplici basi incurvo subpubescente, fol. oppositis sessilib. ovato-lanceolatis acute serratis. Hab. in subalpinis. Caul. spithamaeus. Fol. sensim angustiora, magis rugosa. Flor. terminales, pauci.

922. FUCHSIA. *Cal.* infundibuliformis, coloratus, superus, deciduus. *Petala* (Nectar. L.) 4, fauci calycis insidentia, ejusque laciniis alternantia. *Nect.* glandula octosulcata. *Stigm.* capitato-tetragonum. *Bacca* oblonga, obtuse 4-gona, 4-locularis. *Sem.* numerosa, obovata, dissepimentis adhaerentia. (Flor. penduli.)

1. *coccinea*, pedunc. 1-floris axillaribus, cor. convoluta, fol. ternis lanceolatis. Willd. Sp. II. p. 340. Duham. Traité d'arbres. Ed nov. t. 13. Hab. sponte in R. chilensi et ad fret. Magellanicum. Cor. violacea. β? F. *triphylla*. L.

2. *serratifolia*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. 3-4-oppositis oblongis serratis. Flor. Peruv. 3. p. 86. t. 323. Hab. in Peruv. locis subhumidis et subumbrosis. Cal. villosiusculus, roseo-ruber. Pet. puniceа. ♄

3. *denticulata*, pedunc. axillaribus 1-floris, fol. ternis oblongo-lanceolatis denticulatis. Fl. Peruv. p. 87. t. 325. f. a. Cresc. in ripis et praeruptis calidis. Cal. purpureus. Pet. punicia obovata. ☉

4. *ovalis*, pedunc. axillarib. racemosis foliosis, fol. 3-nis oppositisque ovalibus utrinque pubescentibus. Flor. Per. l. c. t. 524. Hab. in Munnae nemorib. Flor. punicei. ♄

5. *corymbiflora*, pedunc. terminalib. ternis corymbosis foliosis, fol. oblongo-lanceolatis. Flor. Per. l. c. t. 325. f. b. Hab. in nemoribus, loc. umbrosis.

6. *macrostema*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ternis ovatis subsinuato-dentatis, petal. patentibus obovatis. Flor. Per. p. 88. t. 324. f. b. Thilco. Feuill. Hist. 3. t. 47. Hab. in Chili uliginosis. Pet. caerulea. Stam. passim. 10. ♄

7. *decussata*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ternis oppositisque lanceolatis obsolete denticulatis. Flor. Per. p. 88. t. 323. f. b. Cresc. in umbrosis et subhumidis. Cal. roseo-puniceus.

8. *lycioides*, fol. pedunc. axillarib. cal. laciniis reflexis, fol. ovato-lanceolatis subternis. Andrew. t. 120. Hab. in Amer. septentrionali. Bac. subglobosa nigrescens? ♄

9. *simplicicaulis*, pedunc. terminalib. quaternis 1-floris involucratis, fol. quaternis lanceolato-linearib. Flor. Peruv. p. 89. t. 322. Hab. in Peruviae sylvis. Bacc. pubescens. Cal. roseus pubescens.

10. *rosea*, fol. fasciculatis inaequalib. alternisque lanceolatis integerrimis. Flor. Per. p. 88. In R. chilensis praeruptis. Fol. ex eodem centro 8. Flor. rosei.

11. *excorticata*, pedunc. axillarib. 1-floris, fol. ovatis alternis (longe petiolatis.) Lin. suppl. p. 217. Lam. enc. 2. p. 566. Skinnera. Forst. prodr. n°. 163. Hab. in N. Zeelandia. Fol. subtus canescentia, tenuissime serrata.

12. *apetala*, pedunc. terminalibus corymboso-umbellatis, fol. sparsis ovatis acuminatis integerrimis. Flor. Per. 3. p. 89. t. 322. Flor. magni. Cresc. in nemoribus.

923. MEMECYLON. *Cal.* superus, fundo striato, margine integerrimo. *Cor.* 1-petala. *Antherae* insertae lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calyce cylindrico.

1. *capitellatum*, fol. ovatis petiolatis, umbellis capitatis axillaribus subsessilibus. Willd. II. p. 347. Lam. (Desrousseaux) enc. 4. p. 88. et ill. t. 284. f. 1. Hab. in Zeylona. ♄

2. *tinctorium*, fol. oblongo-ovatis petiolatis, corymbis axillaribus. Willd. M. ramiflorum. Lam. enc. 4. p. 86. Hab. in India orientali. Fol. flavo-viridia. ♄

3. *grande*, fol. acuminatis. Retz. obs. 4. p. 26. Hab. in India orientali. Arb. Fol. opposita. Pedunc. axillares.

4. *cordatum*, fol. cordatis subsessilibus, umb. compositis axillaribus pedunc. Lam. enc. 4. p. 89. et ill. t. 284. f. 2. β? fol. minoribus amplexicaulibus, fructu globoso. Lam. l. c. Habit. in insula Mauritii, in India orientali. ♂

924. COMBRETUM. *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, superus. *Cor.* 4-petala, calyci inserta. *Stam.* longissima. *Caps.* quadrangularis: angulis membranaceis, 1-locularis. *Sem.* 1, oblongum. (Flor. quidam 10 andri.)

1. *laxum*, fol. oppositis, racemis laxis ebracteatis, cal. interne villosis. Willd. Sp. p. 319. Lam. ill. gen. t. 282. f. 1. Hab. in Amer. meridionali. ♃

2. *secundum*, fol. oppositis, racemis secundis ebracteatis, cal. glabris. Lam. ill. t. 282. f. 1. Jacq. amer. t. 176. f. 30 Ed. pict. t. 260. Hab. in fruticetis Carthag. Rami fructi et fol. fricata male olent.

3. *purpureum*, fol. ovato-oblongis calycibusque nudis, spicis simplicibus secundis. Vahl. symb. 3. p. 51. C. coccineum, flor. decandris, spicis laxis paniculatis. Lam. enc. 1. p. 734. ill. t. 282. f. 2. Cristaria. Sonnerat it. 2. t. 140. Hab. in Madagascar. ♄

4. *decandrum* (*album*), fol. oppositis oblongis acuminatis, racemis laxis bracteatis, flore longioribus, flor. decandris distichis. Willd. Roxb. corom. 1. p. 43. t. 59. Hab. in montosis sylvaticis Ind. orient. ♄

5. *alternifolium*, fol. alternis, flor. decandris. Jacq. amer. Ed. pict. t. 260. (*C. decandrum*). Hab. in Carthagena. Fruct. ad 20 pedes scandit. ♄

Obs. Forte melius novum et distinctum efficit genus. Cal. et Cor. 5-fida. Caps. 5-alares, non rigidae. Jacq.

925. VITMANNIA. *Cal.* 4-fidus, *Cor.* 4-petala. *Nect.* squama ad basin filamentorum. *Nux* semilunata, compressa, monosperma.

1. *elliptica.* Vahl. symb. 3. p. 51. t. 60. Samadera. Gaertn. de fr. et sem. 2. p. 352. t. 156. f. 3. Hab. in India orientali. Arb. Fol. alterna elliptica. Flor. umbellati. ♄

926. GRISLEA. *Cal.* 4-fidus. *Pet.* 4, ex incisuris calycis. *Filam.* longissima, adscendentia. *Caps.* globosa, supera, 1-locularis, polysperma.

1. *secunda*, fol. petiolatis glabris, corymbis axillaribus secundis. Willd. p. 320. Hab. in America calidiore. ♄

2. *tomentosa*, foliis sessilibus subtus tomentosis, corymbis axillaribus patulis. Willd. p. 321. Roxb. corom. 1. p. 29. t. 31. Lythrum fruticosum. Lin. Hab. in collibus Indiae et Chinae. Cortex lacerus. ♄

927. ROXBURGHIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Nectar.* foliola 4 lanceolata, medio petalorum inserta. *Antherae* geminæ, e basi folii nectarii dependentes. *Caps* unilocularis, bivalvis, polysperma. *Sem.* receptaculo spongioso inserta.

1. *Gloriosa.* R. gloriosoides. Roxb. corom. 1. p. 29. t. 32. Willd. Sp. p. 321. Habit. ad radices montium Indiae orientalis. Planta scandens media inter Liliaceas et Asclepiadeas. Radix tuberosa. Fol. petiolata cordata. Cal. flavus cor. purpurea major. W.

SAPINDI. Cor. his 3-4-5-petala, quibusdam in medio villosa, s. glandulosa, aliis petal. interiore ad unguem aucta, stam. 6-10, plerumque 8, cum petalis disco inserta. Styl. numero varius 1 aut 3. Fruct. est vel drupa, vel capsula 1-3-cocca: coccul. monospermis. Plantae sunt vel frutices aut arbores, rarius herbae, fol. alternis, plerumque 1-2-3-ternatis aut pinnatis distinctae.

928. ORNITROPHE. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala, medio barbata. *Germen* didymum. *Baccæ* 2, monospermæ.

1. *integrifolia*, fol. ternatis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, racemis subsimplicibus. Willd. Sp. II. p. 322. Lam. ill. t. 309. f. 1. Jus. gen. pl. Hab. in insula Borbonia. ♄

2. *serrata*, polygama, foliis ternatis scabris, foliolis petiolatis ovatis acuminatis serratis, racemis simplicibus. Willd. Roxb. corom. 1. p. 44. t. 61. Hab. in montosis Indiae orientalis. ♃

Obs. In locis altis arbor evadit, in depressis frutex. Bacca comeditur, et radix adstringens contra diarrhoeam adhibetur. R.

3. *Cobbe*, fol. ternatis, foliolis petiolatis ovatis acutis serratis, subtus pubescentibus, racemis simplicibus, pedunculo tomentoso. Willd. Rhus Cobbe, fol. ternatis, foliolis ovatis acuminatis serratis, pedunc. tomentosis. L. Sp. pl. 382. Hab. in Zeylona. ♄

4. *Cominia*, fol. ternatis, foliolis petiolatis oblongis utrinque attenuatis subtus pubescentibus, racemis compositis. Willd. p. 323. Schmidelia Cominia. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 667. Rhus Cominia. Sloan. hist. 2. p. 100. t. 208. f. 1. Hab. in montosis Jamaicae occident. ♄

5. *occidentalis*, fol. ternatis, foliolis subsessilibus, racemis simplicibus. Willd. Schmidelia. Swartz. l. c. Allophylus racemosus. Swartz prod. 62. Hab. in frutetis montosis Hispaniolae. Foliola lateralia basi obliqua, subtus leviter tomentosa. ♄

6. *Schmiedelia*, fol. ternatis, foliol. petiolatis subserratis nudis, racem. simplicibus. Schmiedelia racemosa. Lin. Willd. Sp. II. p. 435. Burm. ind. t. 32. f. 1. Hab. in Ind. orient. Ram. flexuosi. Flor. digyni.

7. *rigida*, fol. simplicibus denticulato-spinosis, flor. racemosis. Sw. Fl. ind. occid. sub Schmiedelia. Hab. in montosis aridis Hispaniolae. ♄

8. *Allophylus*, fol. ovalibus acuminatis integerrimis. Allophylus Zeylanicus. Lin. Hab. in Zeylona. Arb. Perseae facie. Racem. brevissimi ex alis. L.

929. EUPHORIA. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, reflexa, medio intus subvillosa. *Baccæ* 2 (altera plerumque abortiva) corticosa, tuberculata, 1-locularis, 1-sperma. (*Stam.* 6, sæpius 8. Juss. Stam. 7. Lam.)

1. *punicea* (Litschi), fol. pinnat., foliol. ovato-lanceolatis utrinque glabris, baccis scabris puniceis. Lam. enc. 3. p. 573. et ill. t. 306. Litschi chinensis Sonner. it. t. 129. Dimocarpus. Willd. Sp. II. p. 346. Scytalia. Gaertn. de fr. 1. 157. Sapindus edulis. Ait. Hab. in Ind. orient. Fruct. edulis, sapore gratus. Arb.

2. *longana*, foliolis ovato-oblongis: nervis lateralibus subtus eminentib., bacc. laeviusculis luteis. Lam. l. c. p. 575. Buchoz. ic. color. t. 99. Hab. in China. Arb. Antecedente multo procerior. Fruct. vero minores, minus boni.

930. CUPANIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, apice cucullata. *Stylus* 3-fidus. *Caps.* 3-locularis 3-valvis, loculis submonospermis. *Sem.* arillata.

1. *tomentosa*, foliis pinnatis, foliolis obovatis retusis, inferne ferrugineo-tomentosis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 657. Willd. Sp. II. p. 327. Trigonis tomentosa. Jacq. amer. 102. Hab. in montosis sylvaticis Hispaniolae. Petal. 3-angularia, intus hirsuta. Jacq. ♄

2. *glabra*, fol. pinnatis, foliolis ovatis obtusis crenatis glabris. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 659. Hab. in montosis Jamaicae, Hispaniolae. ♄

3. *Saponaria*, fol. pinnatis: foliolis oblongis attenuatis integerrimis, subtus scabris pubescentibus. Swartz l. c. 2. p. 661. Hab. in India occidentali. ♄

4. *laevis*, fol. pinnatis bijugis, corymbis paniculatis, fructibus obovato-truncatis triquetris. Willd. p. 329. sub Molinaea. Lam. illust. t. 305. f. 1. Hab. in insula Borbonia. Caps. obovatae triquetro-alatae.

5. *canescens*, fol. pinnatis bijugis, racemis paniculatis, fructibus ovatis. Roxb. Corom. 1. p. 43. t. 60. Willd. l. c. Hab. in montosis Indiae orientalis Panic. axillaris. Caps. trisulcata, non alata.

6. *alternifolia*, fol. pinnatis, foliolis alternis retusis, panicula coarctata. Willd. Lam. illust. t. 305. f. 2. Hab. in ins. Borbonia. ♄

7. *lentiscifolia*, caul. fruticoso, fol. alternis abrupte pinnatis: pinnulis lanceolatis integerrimis, flor. paniculatis. *Guioa* lentiscifolia. Cav. ic. pl. p. 50. t. 373. Hab. in Amer. insul. Babae. Caps. 3-alatae.

Obs. Secundum observationes ulteriores ill. Jussieu, genus Molinaea ab eo constitutum, Cupaniis inseri debet, quibus etiam adjicienda Toulicia Aubletii?

931. THOUINIA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, medio villosa. *Stigm.* 3-fidum. *Caps.* 3, monospermæ, alatæ.

1. *simplicifolia*, fol. simplicibus sinuato-dentatis. Poiteau in Annal. d. Museum d'hist. natur. Fasc. 13. p. 71. Hab. in ins. Dominica. Frut. ramosissimus. Fol. castaneaeformia.

2. *trifoliata*, fol. ternatis. Poiteau, l. c. Hab. cum priore. Herb. Juss. Flor. spicati, axillares uti in priore.

932. EPHIELIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, basi squamis 2 appendiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis, disperma.

1. *gujanensis*. E. fraxinea. Willd. Sp. II. p. 328. Mataiba gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 331. t. 128. Lam. ill. gen. t. 298. Hab. in Gujanae sylv. Arb. 50-60-pedalis. Fol. abrupte pinnata. Panic. divaricatae.

933. MELICOCCA. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 4, reflexa infra calycem. *Stigma* subpeltatum. *Drupa* corticosa.

1. *bijuga*. Lam. ill. t. 306. Jacq. amer. 108. t. 72. Ed. pict. t. 109. Comm. hort. 1. t. 94. Hab. in Amer. meridionali. Arb. procera, elegans. Nuces commeduntur ♄

934. KOELREUTERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 4-petala irregularis. *Nect.* squamæ 4, bifidæ. *Caps.* inflata, 3-locularis, loculis dispermis.

1. *paniculata*. Duham. arb. ed. nov. t. 36. K. paullinoides. Herit. sert. angl. 18. t. 19. Sapindus chinensis, fol. pinnatis,

foliolis laciniatis. Lin. Hab. in China. Arbuscula 8–12-pedalis. Flor. flavi.

Obs. Vidi in Herbario Jussieui alteram speciem, fol. ternis simpliter serratis, distinctam, prope diem cum nonnullis aliis hac ex familia, ab illo describendam.

935. HEDWIGIA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* tubulosa, 4-fida. *Caps.* tricocca, 3-locularis. *Nuces* solitariæ.

1. *balsamifera.* Swartz. Flor. ind. occident. 2. p. 672. An *Tetragastris* ossea Gaertn. de fr. 2. p. 130. t. 2. hujus loci. Hab. in montosis sylvaticis Hispaniolae Arb. excelsa, fol. pinnatis. Racemi terminales.

Obs. Species tantummodo generis *Burserae* videtur, a quo sollummodo numero part. fructificat. differt. Et nomen *Hedwigia* inter muscos conservandum ob viri immortalis merita in illustrandam hance plantarum familiam.

936. AMYRIS. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga, patentia. *Stigma* subcapitatum. *Bacca* drupacea, 1-sperma, per abortum.

1. *polygama*, caule arboreo, fol. simplicibus sparsis lanceolato-ovatis integerrimis. Cavan. ic. 3. p. 20. t. 239. Willd. Sp. II. p. 333. Hab. in R. Chilensi. ♄

2. *Elemifera*, foliis ternatis quinato-pinnatisque subtus tomentosis. Lam. enc. 1. p. 359. Plum. ic. 100. Hab. in Carolina, et ins. Antill. ♄

3. *sylvatica*, fol. ternatis crenatis acutis. Jacq. amer. Ed. pict. t. 188. Hab. Carthagenae, in sylvis maritimis. ♄

4. *maritima*, fol. ternatis crenulatis obtusis. Jacq. amer. 107. Hab. in America, in rupestrib. maritimis. Frut. nanus.

5. *Kataf*, fol. ternatis, apice serratis, pedunc. confertis bifidis. Vahl. symb. 1. p. 28. Forsk. descr. 80. Hab. in Arabia. ♄

6. *gileadensis*, fol. ternatis integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. L. Vahl. symb. 1. p. 28. t. 11. A. Opobalsamum. Forsk. aegypt. p. 79. Hab. in Arabia felice. Var. sequentis? ♄

7. *Opobalsamum*, fol. pinnatis: foliolis sessilibus. L. Alp. aegypt. 48. t. 60. Balessan. Bruce itin. cum ic. β. Balsamea meccanensis. Gleditsch. Act. Soc. Nat. Berol. 3. p. 127. t. 3. f. 2. Hab. in Arabia. ♄

8. *toxifera*, fol. pinnatis: foliol. petiolatis 7-tenis ovatis acuminatis planis, panic. axillari elongata. Willd. Toxicodendrum. Catesb. 1. t. 40. In Carol.

9. *Protium*, fol. pinnatis, foliolis petiolatis quinis oblongis acutis undulatis, racemis axillaribus. Willd. p. 337. Protium javanicum. Burm. ind. 88. Rumph. amb. 7. p. 54. t. 23. f. 1. Hab. in India orientali. Nectar. e receptaculo marginato. ♄

10. *dentata*, fol. pinnatis, foliolis petiolatis novenis ovatis acuminatis dentatis, racemis axillaribus. Willd. Cum priore. Ab omnibus fol. margine dentato distincta. Pedunc. uniflori, elongati. W. ♄

11. *anisata*, fol. pinnatis, foliolis petiolatis tredecimis ovato-lanceolatis obsolete dentatis inaequalibus, paniculis axillaribus. Willd. Hab. in Guinea. Similis praecedenti. Panic. corymb. pedunc. multifloris. ♄

12. *zeylanica*, fol. pinnatis petiolatis glabris, racemis interruptis axillarib., flor. involucratis hexandris. Retz. obs. 4. p. 25. Hab. in Zeylona. ♄

13. *oleosa*, foliis pinnatis subtrijugis, flor. racemosis, bacc. ovatis ex caeruleo nigris. Lam. enc. 1. p. 362. Rumph. 2. t. 54. Cresc. in Moluccis. †

14. *balsamifera*, fol. bijugis. L. arboreus, fol. bijugatis ovatis glabris, racemis laxis terminalibus. Brown. jam. 208. Lucinium. Pluck. alm. 227. t. 201. f. 3. Sloan. jam. t. 168. f. 4. Hab. in Jamaica. ♄ †

Icica. *Cal.* 4–5-dentatus. *Petala* 4–5, oblonga, basi conniventia. *Stigm.* capitatum, 4-sulcatum. *Drupa* coriacea, 2–4-valvis, 2–4-sperma.

15. *enneandra*, fol. ternatis pinnatisque, foliolis petiolatis ovatis acuminatis basi attenuatis reticulato-venosis, panic. axillaribus terminalibus racemosis. Willd. p. 335. Icica enneandra. Aubl. guj. 1. p. 345. t. 134. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

16. *heterophylla*, fol. ternatis pinnatisque, foliolis petiolatis ovatis acuminatis simpliciter venosis, racemis simplicibus. Willd. Icica Aracouchini. Aubl. p. 343. t. 133. Cum priore.

17. *gujanensis*, fol. pinnatis, foliolis quinis petiolatis oblongis acuminatis, pedunculis congestis axillaribus. Aubl. guj. 1.

t. 131. J. viridiflora. Lam. enc. 3. p. 225. Hab. ad maris littora, in sylvis Gujanae. ♄

18. *ambrosiaca*, fol. pinnatis, foliolis septenis petiolatis oblongis acuminatis, pedunculis multifloris subcorymbosis axillaribus. Willd. Lin. suppl. 216. Icica heptaphylla. Aubl. t. 130. Cum priore. ♄

19. *decandra*, fol. pinnatis, foliolis petiolatis quinis oblongis utrinque acuminatis, panic. axillaribus divaricatis. Willd. Icica. Aubl. guj. 1. p. 346. t. 135. Hab. in sylvis maritimis. ♄

20. *altissima*, fol. pinnatis, foliolis septenis petiolatis oblongo-obovatis acuminatis, racemo simplici axillari. Icica. Aubl. guj. 1. p. 342. t. 132. Le Cèdre blanc. β. ligno magis rubro. Le Cèdre rouge incol. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

937. CEDROTA. *Cal.* 6-partitus, laciniis concavis. *Cor.* o. *Germen* glandula cinctum. Fruct....

1. *longifolia*. Willd. p. 338. Aniba gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 327. t. 126. Lam. ill. t. 298. Hab. in sylvis desertis Gujanae. Arbor. excelsa. Fol. lanceolata, reticulato-venosa. Panic. axillaris.

938. XIMENIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, pilosa, revoluta. *Drupa* monosperma.

1. *americana*, spinosa, fol. oblongis, pedunc. multifloris. L. multiflora. Jacq. amer. 106. t. 277. f. 31. Ed. picta. t. 107. Plum. gen. 6. ic. 261. f. 1. Lam. ill. gen. t. 297. Aubl. guj. 1. p. 324. t. 125. Hab. in Amer. Flor. albidi, odore suavissimi. Fruct. lutei.

2. *elliptica*, caule inermi, fol. elliptico-lanceolatis, pedunc. multifloris. Forst. prod. n°. 162. Hab. in N. Caledonia. ♄

3. *inermis*, fol. ovatis, pedunc. unifloris. L. Amyris arborescens, fol. ovatis glabris: vetustioribus confertis, petiolis submarginatis, flor. solitariis. Brown. jam. 209. Hab. in Jamaica. ♄

939. DODONÆA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* brevissima. *Anther.* oblongæ. *Caps.* 3-locularis, trialata. *Sem.* bina.

1. *viscosa*, foliis oblongis obtusis basi angustatis viscosis. Willd. Sp. p. 343. Trew. ehret 12. t. 9. Cav. ic. pl. 4. p. 14. t. 327. Ptelea viscosa. L. Sp. pl. 2. p. 173. Hab. in Jamaica et Amer. calidiore. Cal. 3-4-5-phyllus.

2. *triquetra*, fol. lanceolatis, utrinque attenuatis, ramul. triquetris, flor. dioicis. Andrew. t. 230. Willd. l. c.? D. *triquetra*, caule fruticoso triquetro glabro, fol. alternis lanceolatis glabris, flor. cymosis axillaribus. Wendl. obs. bot. p. 44. Hab. in N. Hollandia. Anth. (in flor. masc.) flavae. Styl. longus, rubellus. ♄

3. *angustifolia*, fol. linearibus margine revolutis. Lin. suppl. p. 218. Hab. ad Cap. b. spei, in India australi et in montib. Jamaicae. ♄

940. VALENTINIA. *Cal.* 5-partitus, coloratus, patens. *Cor.* nulla. *Caps.* baccata, tetrasperma, pulposa.

1. *illicifolia*. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 689. Plum. ic. 167. f. 2. Pluck. alm. t. 196. f. 3. Hab. in petrosis Hispaniolae et in Cuba. Fol. alterna ovato-lanceolata, margine undulato-spinosa. Flor. subumbellati coccinei. Sw. ♄

941. LAUSONIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4-parium. *Caps.* 4-locularis, polysperma. *Sem.* angulata.

1. *inermis*, ramis inermibus. L. Desf. atl. 1. p. 325. α. *alba*, fol. sessilib. ovatis utrinque acutis, petalis albis patentibus. Lam. enc. 2. p. 106. Cyprus, Henna, Alcanna. Rauw. itin. 60. t. 60. (bona.) Hab. in India, Aegypto, et Barbaria. ♄

Obs. Est Cyprus antiquorum, et tincturae croceae inservit, qua cutis et pedum et manuum phalanges a mulieribusf cantur.

β. *spinosa*, ramis sub-spinosis. L. Lam. ill. t. 296. Cyprus. Rumph. amb. 4. p. 42. t. 17. Rheed. 1. t. 40. Hab. in India. Flor. racemosi, axillares.

Obs. L. *inermis* et *spinosa* eadem species certo, quae junior inermis, vetusta vero spinescit ramis induratis. Desf. Atl.

2. *Acronychia*, inermis, fol. longe petiolatis cuneiformibus. Lin. suppl. p. 229. Acronychia laevis. Forst. gen. n°. 27. Hab. in N. Caledonia. Differt fol. ad insertionem subarticulatis, calyce minimo. ♄

3? *purpurea*, fol. subsessilib. lanceolatis, petalis erectis purpureo-coeruleis. Lam.

enc. 3. p. 107. Rheed. 4. t. 57. Hab. in India orientali. Flor. corymbosi terminales. ♄

Obs. Genus aliud, huic Stam. 4, et Cor. 1-petala. Desf. l. c. p. 326.

942. MELICOPE. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Nect.* glandulæ 4, didymæ, germina cingentes *Caps.* 4, monospermæ.

1. *ternata.* Forst. prod. Forst gen. n°. 28. Lam. ill. t. 294. Entaganum laevigatum. Gaertn. sem. 1. p. 351. t. 59. f. 6. Hab. in N. Zeelandia. ♄

943. HAGENIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala plana. *Nect.* foliola 5, petalis quadruplo breviora. *Caps.?*

1. *abyssinica.* Willd. Sp. II. p. 331. Lam. ill. t. 311. Cusso Bruce iter, cum ic. Hab. in Abyssinia. Arb. Fol. interrupte pinnata cum impari. Panic. nutans.

944. CARAPA. *Cal.* 4-partitus. *Pet.* 4. *Nectar.* cylindricum, octodentatum, antheras gerens. *Caps.* unilocularis, quadrivalvis. *Nuces* difformes, angulatæ, numerosæ.

1. *gujanensis*, fol. multijugis, foliol. oblongis acuminatis. Lam. enc. 1. p. 621. Aubl. guj. 2. p. 32. t. 387. Lam. illust. t. 301. Willd. Sp. II. p. 331. Habit. in Gujanae sylvis. Arbor simillima Guareae, ex maximis. Ex nucibus oleum : *huile de carapa* praeparatur.

2. *molluccensis*, fol. subtrijugis, foliol. ovato-acutis. Lam. l. c. Rumph. 3. p. 92. t. 61. β. fol. acutioribus. t. 62. Hab. in ins. Molucc. ad oras maris. Fruct. granata refert. †

945. GUAREA. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4. *Nectar.* cylindricum, ore Antheras gerens. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* solitaria.

1. *trichilioides.* Lin. Cavan. diss. 7. p. 366. t. 210. Jacq. amer. 126. t. 176. f. 37. Hab. in Brasilia et in Ind. occidental Flor. racemosi. Fol. pinnata, nitida. Arb.

946. XYLOCARPUS. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala. *Nectar.* 8-fidum, cui *Filam.* inserta. *Drupa* exsucca, magna, 4-5-sulcata. *Nuces* 8-10, difformes.

1. *granatum.* Koenig, im Naturforscher (Promtuar. hist. nat. Halae Saxon. editum.) Fasc. 20. p. 2. Willd. Sp. II. p. 328. Rumph. 3. t. 61. Hab. in Ind. orient. littoribus. Arb. Fol. opposita, integerrima. Flor. racemosi.

947. HONCKENIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* staminiformia. *Caps.* echinata, 5-locularis, 5-valvis, polysperme. *Sem.* arillata.

1. *ficifolia.* Willd. Sp. II. p. 325. Uster. delect. 2. p. 201. t. 4. Hab. in Guinea. Fol. alterna subtus tomento fulvo tecta. Flor. terni coeruleo-violacei. Valde affinis Aubletiae. W. ♄

948. MIMUSOPS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 16-phyllum. *Drupa* acuminata.

1. *Elengi*, foliis alternis ovatis acuminatis. Willd. II. p. 325. Roxb. corom. 1. p. 15. t. 14. M. stylis cor. longitudine. Lam. enc. 4. p. 186. Ej. ill. gen. t. 300. Elengi. Rheede. 1. t. 20. Rumph. 2. t. 63. Hab. in India. ♄

2. *hexandra*, foliis alternis obovatis emarginatis, flor. hexandris. Willd. p. 326. Roxb. corom. 1. p. 16. t. 15. Hab. in montib. Circarsiensibus Indiae. ♄

3. *obtusifolia*, fol. alternis remotis obtusis, stylis cor. longioribus. Lam. enc. l. c. M. Kauki. Willd. p. 326. Binectaria. Forsk. Rumph. 3. t. 8. Hab. in India. ♄

949. NIOTA. *Cal.* quadrifidus. *Petala* 4-5. *Anth.* sagittatæ. *Stigm.* acutum. *Caps.* lignosa, 1-sperma.

1. *tetrapetala* (Commersoni), petalis 4. Poir. in Enc. bot. 4. p. 490. Lam. ill. gen. p. 299. Hab. in Ind. orient. Comm. Arb. fol. alternis, ovalibus integerrimis. Flor. subumbellati in pedunc. longissimo pendulo.

2? *pentapetala*, petal. 5, flor. pentandris. Poir. l. c. Rheed. 6. t. 18. Hab. in Malabaria. Januar. flor. Arb. 30-pedalis. Fol. prioris cum fruct. valde amara.

950. JAMBOLIFERA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala, infundibulif *Filam.*

Filam. planiuscula. *Stigma* simplex. Fruct...

1. *pedunculata.* L. Vahl. symb. 3. p. 52. t. 61. Dryand. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 232. Cfr. Lam. enc. 3. p. 195. et Juss. gen. pl. Hab. in India.

Obs. Arbor ad Myrtum accedens a Juss. ad Onagras relata, inter plantas dubias aut obscuras pertinet.

951. ACER. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Samar.* 2, basi unitæ, superæ, 1-spermæ, alatæ. (Flor. nonnulli masculi, et interdum dioici.)

1. *tataricum*, fol. cordatis indivisis serratis: lobis obsoletis, flor. racemosis. L. Pallas Flor. ross. p. 9. t. 3. Hab. in Tartaria. Racem. compositus, erectus. Flor. albi.

2. *Pseudo-Platanus*, fol. quinquelobis inaequaliter serratis obtusis, racem. pendulis subtomentosis. Duham. arb. 1. t. 36. f. 1. Engl. bot. t. 303. Hab. in sylvis, ad sepes. Var. fol. variegatis.

3. *platanoides* (*lactescens*), fol. quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, flor. corymbosis erectiusculis glabris. L. Duham. t. 10. f. 1. Habit. in sylvaticis montosis. Petioli abrupti lactescunt. Caps. glabrae.

β. *laciniatum*, fol. laciniatis crispis.

4. *rubrum*, fol. quinquelobis subdentatis subtus glaucis, flor. dioicis, umbellatis sessilib. L. Mill. ic. t. 8. f. 2. Duham. t. 10. f. 5. Hab. in Amer. boreali, in uliginosis. Floret primo vere, antequam frondescit. Flor. rubri. Germ. glabrum.

5. *dasycarpum*, fol. quinquelobis acuminatis subtus pubescentibus, flor. dioicis glomeratis, germinib. tomentosis. Ehrh. Beytr. 4. p. 24. A. eriocarpum. Michaux. Flor. 1. p. 253. A. tomentosum. H. Par. Hab. cum priore. Flor. Aprili. Arb. procera.

6. *saccharinum*, fol. quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis, subtus pubescentibus. L. Duham. t. 11. f. 3. Hab. in Amer. boreali. Flor. apetali, racemosi. Reichard Syst. 4. p. 332. Caps. turgidae. Fol. autumno rubescunt.

7. *dissectum*, fol. multipartito-palmatis: laciniis subpinnatifido-serratis. Thunb. Flor. jap. p. 160. Hab. in Japonia cum 4 sequentibus. Rami 2-3-chotomi. Var. fol. rubris. Th.

8. *japonicum*, fol. multipartito-incisis villosis, flor. subumbellatis. Thunb. jap. p. 181. Fol. subrotunda, 13-partita, serrata.

9. *palmatum*, fol. palmatis serratis glabris, flor. umbellatis. Thunb. l. c.

10. *septemlobum*, fol. 7-lobis glabris: lobis acuminatis aequaliter acute serratis. Thunb. jap. p. 162.

11. *pictum*, fol. septemlobis glabris: lobis acuminatis integris. Thunb. jap. p. 162. Rami cinerei.

12. *striatum*, caul. lineis albicantibus striato, fol. trilobis acuminatis serratis, racem. pendulis, petal. ovalibus. Lam. enc. 2. p. 381. A. *pensylvanicum.* Lin.? A. canadense H. Par. Duham. 1. t. 12. f. 11. Erable jaspé Gal. Hab. in Canada, passim in montibus alleghanis, Pensylv. et Carol. Arb. mediocri altitudine, sed pulchra.

13. *spicatum*, fol. trilobis quinquelobisque acuminatis inaequaliter serratis subtus pubescentib., racem. spiciformib. erectis, petal. linearibus. Lam. l. c. A. montanum. Willd arbor. berol. p. 7. A. *parviflorum.* Ehrh. l. c. p. 25. Hab. in Amer. septentrion. Flor. omnium parvuli.

14. *campestre*, fol. quinquelobis obtusis glabris, racem. erectis, cortice suberoso rimoso. Engl. bot. t. 304. Hab. ad sepes, in sylvaticis. Caps. rubicundae, alis patentib.

15. *Opalus*, fol. rotundatis lobatis obtuse dentatis subtus glaucis, caps. subglabris: alis semipatentibus. Lam. enc. 2. p. 382. (A. rotundifolium.) A. Opalus. H. Par. Hab. in Italia. Frut. arborescens, ramosissimus, ram. junior. rubicundi. Flor. subcorymbosi, erectiusculi, albi. Caps. subglobosae.

Obs. *Apolifolium*, foliis quinquelobis subrotundis obtuse dentatis, fruct. cymosis: alis approximatis. Vill. Dauph. 3. p. 802. A. *montanum.* C. B. pin. p. 431. Hab. in Delphin., Helvetiae montosis, a priore forte non diversum.

16. *monspessulanum*, fol. trilobis integerrimis glabris annuis. L. Duham. 1. t. 10. f. 8. A. trifolium. Bauh. Hab. Monspelii, Italia et Germania. Fol. juniora pubescentia.

17. *creticum*, fol. coriaceis trilobis integerrimis pubescentibus perennantibus. L. Duham. t. 10. f. 9. Hab. in ins. Creta. Fol. Anemon. hepaticae: juniora integra.

Obs. Lamark hanc prioremque speciem sub nomine A. *trilobatum*, conjunxit. An sequens tantum var. junior?

* *sempervirens*, fol. ovatis integerrimis sempervirentibus. Lin. Mant. p. 128. Species dubia, a nemine, praeter Millerum, descripta. ✝

18. *trifidum*, fol. indivisis trifidisque integris. Thunb. jap. p. 163. Hab. in Japonia.

19. *Negundo*, fol. impari-pinnatis, flor. dioicis. Duham. 1. t. 11. f. 10. Hab. in Pensylvan. ad Carolinam. Arb. magna, fol. fraxiniformibus, ab omnibus distincta.

952. CHLORA. *Cal.* 8-10-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8 fida. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

1. *perfoliata*, fol. perfoliatis. L. Willd. Sp. II. p. 340. Gentiana fol. radicalibus ovatis, caulinis triangularibus. Hal. Moris. Hab. in collibus siccis. Fol. glauca. ⊙

β. *mascariensis*, cor. duplo majoribus 9-10-partitis, stam. 8-10. Desf. Atl. 1. p. 327. Ad rivulos prope Mascar.

2. *quadrifolia*, fol. quaternis. Habit. in Europa australi. Pedunc. terminales, quinque: singulis in medio bracteae 2, oppositae. L.

3. *sessilis*, acaulis, flor. quadrifidis. Willd. p. 341. Gentiana sessilis. L. Feuil. peruv. 3. p. 20. t. 14. Hab. in R. chilensi.

4? *imperfoliata*, cor. sexfidis. Hab. in Italia. Fol. sessilia ovata. Filam. sex. Styli duo conglutinati. Fruct. ignotus. L.

953. MICHAUXIA. *Cal.* multifidus. *Cor.* rotata, 8-10-partita, revoluta. *Nect.* 8-valve, staminiferum. *Caps.* 8-10-locularis, polysperma.

1. *strigosa*, fol. radicalibus pinnatifidis, caul. strigoso. Ait. Kew. 2. p. 8. Herit. monograph. Mindium. Adans. Juss. Campanula fol. radicalibus dentato-pinnatis, caulinis cordatis sessilibus. Gron. virg. 19. Moris. s. 5. t. 3. f. 31. Hab. in Oriente, Syria, Libano. ♂

2. *laevigata*, fol. radicalibus ovatis serratis, caulinis oblongatis semiamplexicaulibus, caul. laevi glaberrimo. Vent. Hort. Cels. p. 81. t. 81. Hab. in Persia, in monte Albourg. Fol. pilosa.

954. JEFFERSONIA. *Cal.* 5-phyllus, coloratus, deciduus. *Cor.* 8-petala, incurvo-patentia. *Stam.* ovarium ambientia. *Caps.* obovata, substipitata, 1-locularis, infra apicem dehiscens. *Sem.* plura, oblonga, ad basin arillata.

1. *diphylla.* Barton in Act. Philad. J. Bartonis. Michaux. Flor. 1. p. 237. Podophyllum diphyllum. Lin. syst. veg. ed. 15. p. 523. Hab. in montib. occidentalib. Tennassée. Acaulis; pedunc. nudus, 1-florus. Fol. conjugata.

955. ANTICHORUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* supera, subulata, 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* plurima.

1. *depressus.* L. fasc. pl. p. 3. t. 2. Lam. ill. t. 295. Jussiaea edulis. Forsk. Hab. in Arabia. Flor. axillares, bini. Fruct. reflexi. Planta pusilla.

956. BUGINVILLÆA. *Cal.* 0. *Cor.* tubulosa, medio coarctata. *Stam.* receptaculo insidentia, inclusa Fruct.... (Flos tubulosus bracteæ majusculæ s. involucro insidens.)

1. *bracteata.* B. spectabilis. Willd. Sp. II. p. 348. Lam. ill. t. 294. Hab. in Brasilia. Frut. facie Pisoniae, sempervirens, aculeatus. Fol. ovato subrotunda, integerrima.

957. NEÆA. *Involucr.* 2-3-phyllum, squamæforme. *Cor.* tubulosa. *Stam.* cor. breviora, alternantia longiora. *Drupa* monosperma, coronata. *Nucleus* tunicatus.

1. *verticillata*, fol. quaternis lanceolatis. Ruiz et Pavon Syst. veg. Fl. Peruv. p. 90. Hab. in Peruviae nemoribus. Frut. 3-orgyalis.

2. *oppositifolia*, fol. oblongo-ovalibus acuminatis. Ruiz et Pav. l. c. p. 91. In Peruv. sylvis. Flor. sero autumno; uti prior, quadriorgyalis. ♄

Obs. Ad Familiam Nyctagineam secundum cl. Jussieu in Annal. d. Museum, cah. x. p. 275. c. priore genere pertinet.

958. BORONIA. *Cal.* 4-fidus, persistens. *Petala* 4, ovata. *Nectar.* coronatum. *Filam.* ciliata, incurva. *Stigm.* capitatum. *Caps.* 4, 2-valves. *Semina* subsolitaria, arillata.

1. *pinnata*, fol. imparipinnatis linearibus; pedunc. axillarib. dichotomis, filam. apice obtusis glandulosis. Andrew. t. 58. Vent. Hort. Malmais. p. 38. Cresc. in N. Hollandia. Cor. Febr. Maj. E. Fam. Rutacea. Cor. rubella.

959. CORREA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis dissiliens: locul. 1-2-spermis.

1. *alba*, fol. ovatis obtusis subtus albidis, flor. terminalib. subumbellatis, petal. basi conniventibus. Venten. Malmais. p. 13. t. 13. Andrew. t. 18. Willd. Sp. II. p. 324. Hab. ubi sequentes, in N. Hollandia.

2. *rufa*, fol. subrotundis subtus ferrugineis, flor. solitariis axillaribus et terminalib. Vent. l. c. Mazeutoxeron rufum. Labillard. Voyag. à la recherche de la Peyrouse. 2. p. 11. t. 17.

3. *reflexa*, fol. ovatis reflexis, cor. cylindricis. Vent. Maz. reflexum. Labillardiere. l. c. t. 19.

4. *revoluta*, fol. lanceolatis serrulatis, margine revolutis Vent. l. c. — Hoc genus Rutaceis affine est.

960. TETRATHECA. *Cal.* 4-dus, inferus. *Cor.* 4-petala. *Anth.* 4-loculares. *Caps.* 2-loculares, 5-valvis: valv. medio septiferis. *Sem.* subbina.

1. *juncea*, glabra, fol. alternis lanceolatis, caul. acutangulo, ramis elongatis nudiusculis. Smith. N. Holl. 1. p. 5. t. 2. Willd. Sp. II. p. 321. Hab. in N. Hollandia, cum seq.

2. *oppositifolia*, fol. subsparsis lanceolato-linearibus oppositis: flor. erectis.

3. *ericaefolia*, fol. verticillatis linearibus, flor. cernuis.

Obs. Duas has species vidi in Herbario D. Thibaud, a cl. Née in Australasia collectas.

961. OXYCOCCUS. *Cal.* superus, 4-fidus. *Cor.* 4-partita: laciniis sublinearibus revolutis. *Filam.* conniventia. *Anth.* tubulosæ, bipartitæ. R. *Bacca* polysperma.

1. *palustris* (europaeus), foliis ovatis integerrimis revolutis, caule filiformibus repentib. nudis. *Oxycoccus*, s. Vaccinia palustris. J. Baub. 1. p. 525. ic. Vaccinium. L. Flor. dan. t. 80. Lam. ill. t. 286. f. 3. Scollera Roth. germ. 2. p. 442. c. bon. descr. Hab. in uliginosis, sphagnosis, sempervirens. Bacca purpurea.

β? *macrocarpus*, foliis integerrimis ovali-oblongis planis obtusis, caule repentibus filiformib. Vac. macrocarpum. Ait. Kew. 2. p. 13. t. 7. Lam. ill. t. 286. f. 4. V. oxycocc. β. oblongifolius. Michaux. Flor. 1. p. 228. Hab. in Canadae turfosis paludosis.

2. *hispidulus*, fol. subrotundo-ovalibus acuminatis, caule repentib. hispidis. Lin. Willd. Sp. II. p. 355. Michaux. l. c. t. 23. sub Vaccinio. Arbutus thymifolia. Ait. A. filiformis. Lam. enc. Hab. in Amer. bor. cupressetis humidis. Caule ferrugineo-hirsutus. Bacca nivea, edulis.

3. *erythrocarpus*, fol. ovalib. acuminatis serrulatis ciliatisque, caul. erecto. Michaux. p. 227. sub Vacc. Hab. in Carol. septent. montib. altis. Cor. ante anthesin longa, conoidea. Anth. exertae. Bac. coccinea. ♄

Obs. Habitu, loco natali, praesertim cor. forma a *Vacciniis* (quae ob stamina utplurimum 10, ad decandriam sunt relata), differt hoc genus.

962. MENZIESIA. *Cal.* monophyllus. *Cor.* monopetala, ovata. *Filam.* receptaculo inserta. *Caps.* supera, quadrilocularis, dissepimenta e marginibus inflexis valvularum. *Sem.* numerosa, oblonga.

1. *ferruginea*, flor. foliisque terminalibus fasciculatis lanceolatis planis, subtus laevibus. Jussieu in Annal. du Mus. d'hist. nat. 1. p. 55. Smith ic. ined. 1. p. 56. t. 56. Willd. p. 355. Lam. ill. t. 285. Hab. in Amer. boreali. ♄

2. *polifolia*, flor. terminalib. racemosis, fol. alternis ovatis revolutis subtus incano-tomentosis. Juss. l. c. Andromeda *Daboecia*. Lin. Syst. veg. Erica Daboecii.

Ej. Sp. pl. Willd. p. 385. Smith. brit. 1. p. 420. Engl. bot. t. 35. Hab. in montib. Hiberniae occidentalis. ♄

3? *pilosa*, fol. pilosis apice niveis. Lin. ill. gen. p. 494. Journ. d'hist. nat. 1. p. 410. conf. Juss. Annal. l. c. p. 56. Hab. in Amer. bor.

963. ERICA. *Cal.* 4-phyllus, persistens. *Cor.* 4-fida, persistens. *Filam.* receptaculo inserta. *Antherae* bifidae. *Caps.* membranacea, 4-8-locularis. *Dissepimenta* e valvularum margine. *Sem.* singulis loculis plura.

† Aristatae. * *fol. oppositis.*

1. *glutinosa*, antheris aristatis pistilloque inclusis, coroll. globoso-ovatis, fol. oppositis sparsisque ciliato-glandulosis linearib. Willd. Sp. pl. II. p. 356. Thunb. Diss. de Erica n. 48. Icon. horti Kewens. t. 17. E. droseroides. Lam. enc. 1. p. 489. Andromeda droseroides, racemis secundis, foliis linearibus pilosis viscidis. L. Mant. 239. Petiv. mus. t. 161. Hab. ad Cap. b. spei in planitie montis Tabularis. Cor. ovata violacea, collo atropurpureo, limbo minuto albo.

Obs. Omnes fere species, quae parvi frutices sunt, ad Cap. bon. spei afric. crescunt, hinc ad plurimas indicatio loci natalis in spatii compendium omissa est.

2. *lutea*, anth. aristatis styloque inclusis, corol. oblongo-ovatis, flor. terminalibus, fol. linearibus trigonis glabris oppositis, ramis deflexis. Willd. p. 357. Lam. ill. t. 287. f. 2. Wendland de Erica. p. 13. t. 4. Andrews Erica. n°. 11. c. Icon. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. subrostrata lutea. ♄

** *foliis ternis.*

3. *paniculata*, aristata, fol. ternis trigonis glabris, flor. lateralibus aggregatis, caule erecto. Pluk. alm. 136. t. 279. f. 2. Seb. mus. 2. p. 46. t. 44. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *depressa*, anth. aristatis inclusis, cor. campanulatis, stylo incluso, flor. raris, fol. ternis, caule depresso. L. Mant. 230. Thunb. Diss. n°. 50. t. 6. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei in lateribus rupium et planitie montis Tabularis. Cor. campanulata rubra. ♄

5. *halicacaba*, anther. aristatis, stylo incluso, cor. campanulato-ovatis inflatis, flor. terminalibus solitariis, foliis ternis linearib. trigonis. Willd. p. 358. Thunb. Diss. n°. 51. Icon. horti Kewens. t. 2. Lam. ill. t. 288. f. 2. (mala). Hab. in rupibus praeruptis cum priore. Cor. magna, flavo-virescens. ♄

6. *Monsoniana*, anth. aristatis inclusis, stylo incluso, cor. oblongo-ovatis, calyce duplici colorato, flor. terminalibus subsolitariis, fol. ternis oblongis obtusis. Willd. Thunb. Diss. n°. 52. t. 1. fol. 2. Icon. horti Kewens. t. 7. Hab. in montibus Hottentots Holland. Flor. magn. albi. ♄

7. *discolor*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis, calyce duplici, flor. terminalibus ternis, fol. ternis glabris. Willd. p. 359. E. discolor. Andrews Erica. n°. 3. c. Icon. mala. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. pallide purpurea, apice virescens. ♄

8. *densifolia*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis pubescentibus. flor. axillaribus, fol. ternis oblongis imbricatis. Willd. Cor. pubescens. ♄

9. *cruenta*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubulosis incurvis, calyce simplici glanduloso-dentato, flor. axillaribus verticillatis, fol ternis margine scabris. Willd. p. 360. Icon. horti Kewens. t. 13. Andrews Erica. ic. Cor. punicea cylindracea uncialis, parum incurva, glabra. ♄

10. *nigrita*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, caylicibus imbricatis trifloris sessilibus; cap. tomentosa. E. laricina. Berg. cap. 94. Seba mus. 2. p. 11. t. 9. f. 7. Hab. in summitate montis Diaboli. Flores albi. Antherae obtusae, nigrae. ♄

11. *phylicoides*, anth. aristatis inclusis, stylo incluso, cor. campanulatis calyce paullo longioribus, flor. axillaribus nutantibus, fol. ternis sexfariam imbricatis. Willd. p. 361. Habitus Phylicae ericoidis. ♄

12. *regerminans*, anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. acutis, flor. racemosis. L. Thunb. Diss. n°. 54. Caulis, ramis junceis. Cor. ovato-globosa rubra, ore obtuso. Ramus spicam continuat. L. ♄

13. *urceolaris*, anther. aristatis, cor. ovato-conicis villosis, stylo incluso, cal. lanceolatis, flor. umbellatis, fol. ternis. Ait. Kew. 2. p. 15. Icon. horti Kewens. t. 16. E. pentaphylla. Lin. Syst. veg. 302. E. caffra. Lin. Sp. pl. Edit. 1. et 2. Seba mus. 1. p. 32. t. 21. f. 2. ♄

14. *marifolia*, anth. aristatis, cor. ovato-conicis, stylo mediocri, fol. ternis ovatis, pubescentib. subtus albidis. Ait. Kew. 2.

p. 15. Icon. horti Kewens. t. 14. Rami pilosi. Folia subtus alba. Flores umbellati. ♄

15. *planifolia*, anth. aristatis exsertis, cor. campanulatis, fol. ternis quaternisve ovatis acutis glanduloso-ciliatis. Willd. p. 362. E. thymifolia. Wendl. obs. p. 48. Pluk. mant. 69. t. 347. f. 1. Rami pilis apice glanduliferis. ♄

16. *hirta*, aristata, fol. ternis linearibus hispidis, flor. umbellatis, cal. scabro rudi. Thunb. Diss. n°. 56. t. 2. f. 3. Corollae globosae subvillosae, longe pedunculatae. Willd. ♄

17. *bicolor*, aristata, fol. ternis ovatis scabris, flor. ternis cernuis glabris, cal. villoso colorato. Thunb. Diss. n°. 51. ♄

18. *articularis*, anth. aristatis inclusis, cor. globosis cal. colorato multo minoribus, fol. ternis linearibus margine membranaceis. Willd. p. 363. Thunb. Diss. n°. 58. E. pulchella Andr. E. n°. 51. c. Ic. Cal. ovatus incarnatus. Cor. alba. Stylus atropurpureus. Stigma coerulescens. ♄

19. *viridipurpurea*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. sparsis. L. Syst. veg. p. 301. Lin. Diss. n°. 9. cum fig. flor. E. pelviformis. Salisb. l. c. p. 376. Thunb. Diss. n°. 50. Hab. in Lusitania. Variat fol. quaternis. ♄

*** *foliis quaternis.*

20. *catervaefolia*, caul. angulato pubescente, tubo anguste obovato. anther. foraminosis. Salisb. in Act. Soc. Lin. 6. p. 372. E. pubescens. β. villosa. Thunb. In monte Tafelsberg.

21. *pubescens*, fol. laminis parum replicatis fimbriatis, cor. lineari pubescente, limbo erecto, caps. glabra. Salisb. Andrew. Eric. n°. 60. ic. E. hirtiflora. Curt. mag. t. . n°. 481. E. pubescens, var. hispida. Th. Fol. quaterna.

22. *tardiflora*, cal. adpresso ovato-cuneato, cor. lineari pubescente, limbo brevissimo recurvo, cap. hirta. Salisb. p. 373. E. pubescens. Curt. mag. n°. 480.

23. *parviflora*, cal. adpresso rhombeo-cuneato, cor. lineari pubescente, calcarib. auricularibus, caps. glabra. Salisb. E. pubescens. Lin. Diss. de Erica. n°. 19. E. parviflora. Lin. Sp. pl. p. 606.

24. *exigua*, cal. adpresso ovato conminato, cor. lineari pubescente: tubo ovali, limb. brevissimo, calcar. lineari-attenuatis, peric. glabro. Salisb. E. pubescens, var. parviflora. Thunb. Fol. 3-na, saepius 4-na.

25. *persoluta*, aristata, fol. ternis quaternisque trigonis glabris, flor. umbellatis calyce ciliato. Thunb. Diss. n°. 62. E. strigosa. Willd. p. 365. Wendl. de Er. fasc. 2. p. 25. ic. E. subdivaricata. Berg. cap. p. 114. Hab. in campis arenosis Cap. b. spei. Cor. alba. ♄

26. *gracilis*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. campanulatis, calyce colorato, lacin. linearib. glabris, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus glabris adpressis, caule glaberrimo. Willd. p. 365. Wendl. obs. bot. p. 47.

27. *strigosa*, anth. aristatis, cor. campanulatis glabris, stylo exserto, fol. quaternis pubescentibus ciliatis. Ait. Kew. 2. p. 17. E. axillaris. Salisb. l. c. p. 325. Cor. pallide rubens. Anth. inclusae oblongae nigricantes. Stigm. nigro-purpureum. Ait. ♄

28. *arborea*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis, ramulis incanis. L. Syst. veg. 302. E. scoparia. Thunb. E. procera. Salisb. l. c. p. 328. Hab. in Europa australi. Flor. Convallariae, albi. Caul. incani. L. ♄

β. *stylosa.* Rudolphi. in bot. Journ. 1800. p. 233. E. arborea quorumd. E. caffra. Lin. Cresc. cum antecedente. Styl. cor. multo longior. Stigm. depresso-capitatum.

29. *stricta*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. ovatis, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus glabris horizontalibus. Willd. Donn. Catal. horr. Cantab. p. 45. Hab. ad Cap. b. spei et in insula Corsica legit G. *Jony.* Cal. viridis. Cor. rubra ovata, laciniis reflexis. ♄

30. *florida*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. globosis, cal. villoso reflexo, flor. terminalibus umbellatis, foliis quaternis linearibus pilosis. Willd. p. 367. Thunb. Diss. n°. 64. t. 6. f. 1. ♄

31. *mucosa*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. globosis mucosis, pedunc. ternis terminalibus flore longioribus, fol. quaternis linearib. margine cartilagineo serratis. Willd. Andrews Erica. ic. Icon. horti Kewens. t. 15. Berg. cap. 112. Hab. ad Cap. b. spei inter urbem et Bay falso. Calyx scariosus mucosus. Cor. mucosa. ♄

32. *pilulifera*, aristata, fol. quaternis linearibus ciliatis, umbellatis, calyce naviculari apice ciliato glabro. Thunb. Diss. n°. 65. Habit. in montibus versus Bay falso. ♄

33. *amoena*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. campanulatis, calyce colorato villoso, flor. axillaribus verticillatis, fol.

quaternis linearibus imbricatis villosis. Willd. p. 368. Wendl. obs. p. 48. ♄

34. *Tetralix*, anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, fol. quaternis ciliatis, flor. capitatis. Lin. Flor. dan. t. 81. Hab. in Europa boreali. ♄.

35. *inflata*, aristata, fol. quaternis linearibus glabris, flor. umbellatis ventricosis, cal. subulato glabro. Thunb. Diss. n°. 67. t. 2. f. 2. Cor. ventricosa pallide sanguinea, subpollicaris. ♄

36. *gilva*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. cylindriceis, calycinis foliolis membranaceis, flor. axillaribus verticillatis, fol. quaternis linearibus glabris cartilagineo-mucronatis. Willd. p. 369. Wendl. obs. 48. Cor. magna, sordide flavescens, apice virescens. ♄

37. *verticillata*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. cylindricis supra basin constrictis, flor. pendulis verticillatis, foliis quaternis patentibus. Willd. p. 370. Andrews Erica. n°. 21. c. Icon. Cor. coccinea supra basin constricta. ♄

Obs. Cl. Salisbury (l. c. p. 366.) hanc ut varietatem sequentis respicit.

38. *Pattersonia*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavata, flor. horizontalibus terminalibus, foliis quaternis quinisve glabris: junioribus confertissimis. Willd. p. 355. Thunb. prodr. suppl. p. 189. E. Pattersonia. Andrews Erica. n°. 7. c. Icon. Wendl. Ericarp. 15. t. 5. Cor. flava. Anth. inclusae.

**** *foliis senis.*

